SUrge ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius ⁊ fuge ī egyptū ⁊c̄. Circa istud euāgelium plura vidēda occurrunt. ¶ Primo q̄re xp̄s fugit. qđ qdē fecit multiplici de cā. ¶ Primo ſm Chry. ꝓpter ostēsionē humane nature. Quātū eniȝ ad diuinā nō habuit necesse fugere: ſȝ potius nullus cū potuit effugē. ps. Quo ibo a spū tuo ⁊ quo a. f. ⁊c̄. ¶ Scđo pp victoriā sue sapiētie. Fugiēdo enim herodē vicit ⁊ sibi milites acq̄siuit. Petr⁹ raue. bellicosus si i bello fugit: artis ē nō timoris. ¶ Tertio ꝓpter documētū: vt ex hoc nos doceat nullū debē īdignari. si inocēter ab impijs patiat̄. Joā. xv. Si me ꝑsecuti sūt ⁊ vos ꝑsequent̄. Hiero. A cunabulis ecclesie nō d̄fuit iniq̄tas ꝑmēs: iustitia patiēs ¶ Quarto pp exēplū: vt ex hoc informemur nobis fugiēdū eē̄. Mō fuga ꝓuidētie: qñ scilȝ maiori vtilitati reseruamur. Mat. x. Cū ꝑsequent̄ vos ī ciuitate ista: fugite in aliā. Mō fuga cautele. Sūt. n. q̄dā vitia q̄ nō pñt vici nisi fugiendo. i. Cor. vi. Fugite fornicationē. Mō fuga ꝯpassiōis: qñ a facie maloꝝ fugimus vt occasionē subtrahamus. ¶ Scđo videndū est de ꝑsonis que fuerūt in ista fuga: que fuerunt maria: ioseph ⁊ puer iesus. Istud ꝯsortiū est inuētū in bethleē a pastoribus in fugiēdo in egyptū ⁊ ī redeūdo. Siue ergo herodē. i. dyabolū fugias siue de egypto. i. de pctō redeas. siue in bethleē. i. in gr̄a maneas semp tecuȝ habeas mariā. i. amaritudineȝ penitentie. Pueꝝ. i. puritatē consciētie: ⁊ ioseph. i. augmētū virtutis ⁊ gratie. ¶ Tertio videndū est de ꝯtingentibus in via. ¶ Ibi eniȝ xp̄s manifestauit suā maiestatē. Nā sic legit̄ ī hystoria tripartita. Arbor quedaȝ ꝓcera in via exñs vsq̄ȝ ad terrā īclinata puerū simpl̄r adorauit. ¶ Secūdo manifestauit suā bonitatē: in eo ꝙ parētes suos in via pauit. Nā sicut legitur in libro de infantia saluatoris: cū sub quadā palma altissima q̄escerēt ⁊ esurirent atq̄ȝ sitirēt: palma ad ꝑceptū pueri vsq̄ȝ ad terrā se īclinās fructus colligendos obtulit: ⁊ de sua radice fontē produxit. ¶ Tertio manifestauit suā ꝑtātē: q: parentes suos a latronib⁹ defendit. Cū. n. ī latrones irruissent q eos expoliare volebāt. vnus coꝝ respiciēs pueꝝ ait: Uere dico vobis si possibile eēt deuȝ īcarnari: dicerē istū pueꝝ deū eē̄. ⁊ sic socios suos īduxit vt eos illesos abire permitterēt. Iste d̄r fuisse ille latro cui postea dñs dixit: amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. ¶ Quarto vidēduȝ est de ira herodis: pro eo qđ d̄r: Iratus ē valde. Iratus est qdē ꝓpter regni zelum. Prouer. xix. Sicut fremit⁹ leonis: sic ⁊ ira regis. Aug. Quid erit tribunal iudicantis qñ supbos reges curia terrebat īfantis: pp sui ꝯtēptū. Chry. Magi ꝯtēnentes herodē addidere cās dolorum ꝓpter cesaris metū q ꝑceperat ne sine sui īperio aliq̄s rex diceret̄ vel eēt. ¶ Quito vidēduȝ est de seuitia herodis: pro eo qđ d̄r: Occidit oēs pueros. Excessit. n. in trib⁹. s. i numero. q: cū deberet occidē vnū occidit oēs In loco: q: cū deberet occidere bethleemitas: occidit ēt finitimos. In tp̄e: q: cū deberet occidere anniculos: occidit ēt bimatos: ⁊ infra. Huius aūt tanti excessus q̄druplex fuit cā. ¶ Prima eius īplicabilis ira. Prouer. xvi. Ira nō hȝ misericordiā: nec erūpens furor. ¶ Scđa eius seuitia: q: in sanguie delectabit̄. Ecc. viij. Quasi autem nihil est ante eū sanguis. ¶ Tertia est astutia: vt: s. oēs occidendo ille non posset euadere quem querebat. Sed d̄r Job. v. Apprehēdit sapiētes in astutia eoꝝ. ¶ Quarta ē diuina ꝓuidentia que ex tanta herodis seuitia tantam sibi martyrum multitudinē copulauit. ¶ Sexto qdē vidēdū est de tp̄e occisiōis ꝓ eo qđ d̄r: Uidens ꝙ illusus esset a magis. per qđ dat̄ itelligi ꝙ facta fuit eorū occisio post epiphaniaȝ. sed tñ ſm Glo. post annū ⁊ quattuor dies pueroꝝ occisio facta fuit. Distulit eim triplici de causa. ¶ Primo ꝓpter discredentiam: q: ſm glo. magis discredidit putans eos falsa stelle apparitōe delusos. ¶ Scđo ꝓpter

astutiã:vt.s.dissimulãdo puer in mediũ
deduceret. ¶ Tertio ꝓpter morã ɔtra-
ctam. Fuit enim romã a cesare citatus.
Et sic fere per annũ ĩpeditus fuit. ¶ Se
ptimo videndũ est de fletu matrũ ꝑ eo
ꝙ rachel ⁊ nõ iacob inducit ad ploran-
dũ. Matres enĩ cũ sint magis passibi-
les ɔsueuerũt plus dolere de filiorum ad-
uersitate ꝙ̃ patres: ⁊ patres plus gau-
dere de eorum ꝓsperitate ꝙ̃ matres. Istud
innuit salomon dicẽs Prouer.x. filius sa
piens letificat patrẽ: filius autẽ stultus
mestitia est matris sue. Mater eñ plus
diligit: ⁊ ideo plus dolet qñ filiũ ꝑdit.
ꝙ autẽ plus diligat oñdit triplici rõne.
¶ Prima est qm̃ mater dat plus de sub-
stãtia sua filio ꝙ̃ pater: ⁊ ideo maiorem
partẽ videt habere. ¶ Scd̃a cã ẽ qm̃ ma
ter plus laborat circa filiũ ꝙ̃ pater. Istõ
autẽ circa qđ magis laboramus: magis
diligim⁹. ¶ Tertia cã est qm̃ mater plus
ẽ certa ꝙ̃ pater. Et iõ mater diligit filiũ
tanꝙ̃ rẽ certã. pater vero aliqñ minus
diligit tanꝙ̃ rẽ dubiã. ¶ Octauo vidẽ
dũ est de morte herodis: ꝑ eo quod dr̃.
Erat vsq; ad obitũ herodis. Mors enĩ
sua fuit mors pessima: qr̃ manu ꝓpria se
occidit. Herodes qdẽ iniuste effudit san
guinẽ paruulorum. Et ideo bibit sanguinẽ
ꝓpriũ quẽ gladio in ventre ĩmerso effu
dit. Bibit sanguinẽ filiorum: qr̃ filios pro-
prios ĩteremit. Uñ augustus cesar hoc
audito dixit: Mallẽ eẽ herodis porcus
ꝙ̃ filius. qr̃ cũ sit ꝓselitus porcis parcit
⁊ filios occidit. Legit ẽt in quadã croni-
ca ꝙ herodes quẽdã filiũ suũ paruulũ
in bethleẽ tradiderat nutriẽdũ: qr̃ cũ
ceteris paruulis occisus est. Et qr̃ hero-
des sic sitiuit sanguinẽ paruulorum: sic bi-
bit sanguinẽ ꝓpriũ ⁊ domesticũ furorẽ
diuinũ. Ideo põt sibi cõuenire qđ dicit
Apoc.xvi. Justus es dñe qui hoc iudica
sti: qr̃ sanguinẽ sanctorum tuorum fuderũt: ⁊
sanguinẽ dedisti eis bibere vt digni sũt.
¶ Nono est videndũ de subtractõe lau
dis: qr̃ ecclesia subticet cãtica laudis ⁊ le
titie. Et hoc primo in signũ fletus: quem
matres habuerũt. Secũdo in signũ sta
tus: qr̃ scz in limbũ descenderũt. Tertio
in signum incolatus. quem virgo beata
puer ⁊ ioseph fugiẽdo ĩ egyptũ fecerũt.
Magna ɔpassione dignũ fuit ⁊ ꝓpter
pueri tenerã etatẽ. ꝓpter puerperij no
uitatẽ ⁊ ꝓpter ioseph senectutẽ.

Sermo.xliiij. ¶ Eodẽ die sermo.iiij.

Mittens occidit oẽs pue
ros. In his ver
bis tria tãgunt. ¶ Primo he-
rodis iniqua sentẽtia cũ dr̃:
Mittens. ¶ Scd̃o eius seuitia cum dr̃:
Occidit. ¶ Tertio paruulorum inocentia
cum dr̃: Oẽs pueros. ¶ Sentẽtia autem
dr̃ iniusta tribus modis. Aut ex animo:
qñ ex ira vel turbatõe profert. Aut ex or
dine: qñ ordo iuris omittit. Aut ex cau-
sa: qñ sufficiẽs causa ñ suffragat. ꝓpter
hec aũt snĩa herodis iniusta fuit. ¶ Pri
mo ex aĩo: qr̃ ex ira ⁊ ꝑturbatiõe ipsã ꝓ
tulit. Nã in aduentu magorum dr̃ ꝙ turba
tus est. hic autẽ dicit ꝙ iratus est valde.
Ibi enĩ turbatus est ꝓpter ꝓdigij noui
tatẽ: vel ꝓpter romanorum timorem. Hic
autẽ turbatus ẽ ꝓpter magorum deceptio
nẽ: ⁊ timens regni sui amissionẽ. Et in
tali turbatõe ⁊ ira sentẽtiã ꝓtulit. Et iõ
eius snĩa ex animo iniusta fuit. Joan.i.
Ira enim viri: iustitiã dei nõ operatur.
¶ Scd̃o fuit iniusta ex ordine. Uidetur
enĩ ad pueri ĩquisitionẽ ordinate pro-
cessisse. Primo eñ quesiuit de loco nati-
uitatis a doctoribus legis. Scd̃o de tpe
ab ipsis magis. Tertio ĩquiri mãdat de
ꝑsona dicens: Ite ⁊ ĩterrogate diligen-
ter de puero ⁊c̃. Istũ autẽ triplicẽ ĩquisi
tiõis ordinẽ ĩsidiose faciebat. nõ vt pue-
rũ adoraret: sed vt ꝑderet. ⁊ ideo ei⁹ sen
tẽtia ex tali ordine fuit iniusta. Jõ Dañ.
vij. assimilatur vrso: in cuius ore erant
tres ordines dentiũ. Iste vrsus ẽ ĩsidia-
tor herodis. Threñ.iij. Ursus ĩsidiãs fa
ctus est mihi. Hic habuit in ore suo tres
ordines. qr̃ ab ore suo tres de xp̃o emana
uerũt inqsitõres: sed tamẽ fuerunt ordi-
nes dentiũ ⁊ vrsi: qr̃ insidiose faciebat ⁊
lacerare intẽdebat. ¶ Tertio fuit ex cau
sa: qr̃ inocentes dãnauit. Dañ.xiij. Nũc
petã tua ve. que operaberis prius iudi
cans iudicia iniusta: innocentes oppri-
mens ⁊ dimittẽs noxios. ideo ipsi beati
paruuli innocẽter dãnati vindictam pe
tunt a deo dicentes Apoc.vi. Usq;quo
dñe sanctus ⁊ verus non iudicas ⁊ vin-

dicas sanguinē nostrū de his qui habi-tant in terra. ¶ Scd̄o ponit herodis se uitia cum dr̄: Occidit. Et qr sanguinē in nocentē iniuste dānauit: ideo iuste dāna tus est. Unde effusio sanguis puulorum nō poterit i iudicio occultari: sed mani-festabit a terra reuelāte. Ysa.xxvi. Reue labit terra sanguinē suum ⁊c̄. Job.xvi. Terra ne opiaris san. meū. Ab ipso par-uulorꝫ sanguie proclamāte. Uñ dicit iu dex Gen.iiij. Uox sanguinis fratris tui clamat de terra ad me. A tota celesti cu-ria iterpellante. ps̄. Uindica sanguinez sanctorꝫ tuorꝫ qui effusus est. A dei iusti tia reqrēte. Ezech.iij. Sanguinē aūt de manu tua reqrā. ¶ Tertio ponit paruu lo inocētia cum dr̄: Pueros. In herode qdē erat malitia: in istis inocētia. In il-lo caliditas: in istis simplicitas. In illo potētia: in istis ifirmitas. Pugnabat er go cū innocētia malitia: cū simplicitate caliditas: cū ifirmitate potētia ⁊ crude litas. Sꝫ in isto bello inocētia malitiam vicit: astutiā simplicitas fregit: potētiaz ifirmitas supauit. Istud triplex belluz adhuc quotidie geritur. Eccs.iiij. Uerti me ad alia: ⁊ vidi calūnias q̄ sub sole ge runt. Ecce quomō ipugnat astutia sim-plicitatē ⁊ lachrymas innocentiū. Ecce qūo ipugnat malitia inocētiā nec posse resistere eorꝫ violētie. Ecce qūo ipugnat potētia infirmitatē.

¶ Sermo.xlv. ¶ De sancto thoma cātuariensi Sermo primus.

PRo iustitia ago-nizare: p anima tua ⁊ vsqꝫ ad mortē certa p iustitia. Ecc.iiij. Pugil fidelis ⁊ miles strenu⁹ in sua pu gna tria dꝫ habere. s. cām legitimā: intē tionē rectā ⁊ finalē pseuerantiā. Ab his trib⁹ beatus thomas in sua passione cō mendat. ¶ Primo a legitima causa cuz dicit: Pro iustitia agonizare. Describit aūt iustitia q̄ sit virtus reddēs vnicui-qꝫ ius suū. s. deo obediētiā: supiori reue rentiā: pari cōcordiā: iferiori disciplinā: inimicis patiētiaz: miseris ⁊ afflictis cō passionem operosaz ⁊ sibi sanctimoniā. Pro tali iustitia sanct⁹ thomas pugna-uit. ¶ Dedit eniz primo deo obediētiaz: qr maluit obedire deo q̄ regi ↄtra deuz: ⁊ ideo regis irā ↄtra se puocauit. Actuū v. Obedire oportet deo magis q̄ homi-nibus. ¶ Secūdo dedit supiori reueren tiaz. i. sūmo pontifici. Nā cū quadā vice a rege artat⁹ voto eius annuisset: ab al-tari postmodū se suspēdit donec per sū-muz pontificē est restitut⁹. Ecc.x. In me dio fratruz rector illorꝫ i honore. ¶ Ter tio dedit pari concordiā. vnde dr̄ de eo q̄ saluo semp rigore sub decētia vestiuz ⁊ apparatu vtēsiluī ↄcordabat moribus singulorꝫ. ad Roma.xij. Si fieri pōt qd̄ in vobis est cū oībus hoībus pacē haben tes. ¶ Quarto dedit subditis disciplinā vnde dr̄ de eo. Sapiētia qua p̄ditus erat in ecclesia malignorꝫ phibebat isultus. Prouer.xxix. Stultitia colligata est in corde pueri: ⁊ virga discipline fugabit eaꝫ. ¶ Quinto dedit inimicis patiētiaz: qr in exilio positus pro rege ac regno an glie semp orauit: ⁊ suis occisoribus nul-luꝫ ipatientie verbū dixit. Luce.xxi. In patiētia vestra possidebitis aīas vestras ¶ Sexto dedit miseris cōpassionē ope-rosaꝫ: qr quotidie.xiij. pauperuꝫ pedes curuatis genubus abluebat. ⁊ post refe-ctionē cuilibet quattuor argēteos p eo ruꝫ vsibus cōsumēdos erogauit. ¶ Se-ptimo habuit in se sanctimoniā: qr virgi nitatē seruauit: ⁊ carnē suā ieiunijs ⁊ ci licio macerauit. Heb.xij. Pacez seqmini cū oībus ⁊ sanctimoniā ⁊c̄. Et qr sic iu-stitiā seruabat pōt dicere cū Job.xxix. Iustitia idutus suꝫ: ⁊ vestiui me sicut ve stimēto. Ille qui est idutus ab omni par te est tectus. Sic beat⁹ thomas iustitia fuit idut⁹ a dextris: qr ipsaꝫ defendit in apice pōtificalis dignitatis. A sinistris qr ipsaꝫ defendit i exilio relegat⁹. Ante se: qr ea que sui p̄decessores in p̄iudiciuꝫ ecclesie ↄcesserāt ipse noluit cōfirmare. Post se: qr in his que petebat rex assen-tire noluit vidēs iminere futurꝫ pericu luꝫ aīaruꝫ. ¶ Secūdo cōmendat ab iten tione recta: cum dr̄ pro aīa tua. Multi eīm sunt q pugnāt pro substantia sua ⁊ pro pelle sua ⁊ gloria sua: sed pauci pro aīa sua: cuꝫ tn̄ ibi magna pugna reqrat. Mat.xi. Regnuꝫ celorꝫ vim patit ⁊ vio lēti rapiūt illud ⁊c̄. Et ponit ibi triplex

vocabulū violētiaꝫ designās. s. viꝫ ⁊ violenti rapiūt illud. ad designādū ꝙ tales triplicē vim debēt inferre. s. rōi intellectum captiuādo. ij. Cor. x. In captiuitatem redigētes intellectū. voluntati ipaꝫ a suis cōcupiscētijs auertēdo. Ecc. xviij. Post cōcupiscētias tuas non eas ⁊c. Et opatiue opa fortia aggrediēdo. Proue. xl. Manū suam misit ad fortia. Uel pōt dici ꝙ ponit ibi illud triplex vocabulū. ad innuendū ꝙ qui vult habere fortissimū celi castrū. debet habere audacē animū ne sit formidolosus. strenuū conatū ne sit ociosus. tolerātiaꝫ cōtra quodlibꝫ aduersum ne sit delitiosus. Ista tria genera hominēꝫ de bello deijciūt. vt habet Deut. xx. Quis ē homo formidolosus ⁊ corde pauido. ecce formidolosi. Quis ē homo qui edificauit domū nouaꝫ ⁊c. Ecce qui ociosi volūt i domo quiescere ⁊ nō ire ad laborēꝫ. Quis est homo qui despōsauit vxorē ⁊c. Ecce delitiosi qui delitijs volūt vacare. Sed beatus Thomas habuit audacē animū: qꝛ cōtra regē causaꝫ ecclesie audacter defendit. Strenuū conatū: qꝛ antequaꝫ vellet excedere in exilium se mitti ꝑmisit. Tolerantiā contra quodlibet aduersuꝫ: qꝛ morteꝫ sustinuit. ¶ Tertio cōmendat a finali ꝑseuerātia: cū dr̄: vsqꝫ ad mortē certa ꝓ iusticia. Uere vsqꝫ ad morteꝫ ꝓ iusticia pugnauit: qꝛ ꝓ ipsa defendenda quadruplex martyriū sustinuit. ¶ Primū fuit in reꝝ ablatione: qꝛ fuit omnibus rebus ecclesie spoliatus. Et quāuis sancti viri ablationem rerū libenter sustineant. dolent tamē inquātū erant substētamentū pauperū: ⁊ inquātū vident ea cōsumi vsibus impiorū. Ista aūt talis patiētia quoddam martyriū ē. Grego. Sine ferro martyres esse possumus si patiētiaꝫ veraciter i animo custodimus. ¶ Secūdū fuit in suorū ꝓpinquorū ꝑsecutione qō magnum dolorē ⁊ cōpassionē generauit sibi. Greg. Qui dolorē exhibet in aliena necessitate crucē portat in mēte. ¶ Tertium fuit in exilij relegatiōe: qꝛ a patria sua fuit expulsus ⁊ per diuersas ꝓuincias exul effectus. Fuit eniꝫ de numero eoꝝ de quibus dicit Heb. xi. Circuierūt in melotis ⁊ in pellibus caprinis egētes: angustiati: afflicti: quibus dign⁹ nō erat mūdus Ipse eim circuiuit: qꝛ per diuersas patrias ⁊ terras ꝑegrinatus fuit: ⁊ in pellibus caprinis: qꝛ cilicium deferebat. fuit egēs: qꝛ omnib⁹ bonis spoliatus ⁊ angustiatus ꝓpter cōpassionē afflictoꝝ: afflictus ꝓpter ꝑditionē inimicoꝝ. Et quia mūdus eo dignus nō fuit: iō deus d̄ mūdo ipm abstulit. Ysa. lvij. A facie militie collectus ē iustus. ¶ Quartū fuit in sua occisione: qꝛ eius cerebrū spserunt ⁊ eū crudeliter occiderūt. fuit eiꝫ de numero illoꝝ de quibus dr̄ Heb. x. In occisiōe gladij mortui sunt. ps. Gladiū euaginauerunt peccatores ⁊c. Sed certe gladi⁹ eoꝝ intrauit in corda ipsoꝝ: qꝛ alij digitos discerpentes. alij sanie defluētes. alij paralisi dissoluti. alij ementes effecti miserabilitez mortui sunt.

Sermo. xlvi. ¶ De eo dē. Sermo. ij.

IUstus iustificet adhuc: ⁊ sctūs sctificet adhuc Apoc. xxij. Beatus thomas lꝫ in vita sua fuerit ⁊ iustus ⁊ sctūs. in passione tn̄ sua fuit magis iustus ⁊ sanctus ostēsus ⁊ hoc ꝓpter septē cōditōes que in passiōe sua reꝑiunt. ¶ Primo nanqꝫ fuit passus in loco sctō. i. i eccl'a ad inuēdū ꝙ ipe eccl'am cōsecrabat. ⁊ eccl'a ipm magnū ⁊ sanctū ostēdebat. locus siquidē aliqn̄ sanctificat locatū: sicut tēplum sanctificat aurū. vn̄ Matth. xxiij. Quis maius ē aut aurū aut tēplū qō sanctificat aurū. Aliqn̄ vero locatū sanctificat locū. sicut corpus xp̄i ⁊ reliquie sctōrum ꝗ sanctificāt locū in quo recōdunt. Aliqn̄ vero locus sanctificat locatū ⁊ econuerso. Sicut pꝫ in arca que tabulas sanctiores ostēdebat. ⁊ tabule arcā sanctiorēꝫ reddebāt. In hoc igit ꝙ thomas passus ē in eccl'a ipe eccl'iam sanctiorē reddidit: ⁊ eccl'a ipꝫ sanctiorē ondit. ¶ Secūdo passus ē in officio sctō. ad inuēdū ꝙ de laude vie trāsibat ad laudē patrie vbi oīa que sunt in hoīe cōuertuntur ad laudē. Nā visus allect⁹ dei āmirabili visione clamabat ⁊ ait Hester. xv. Ualde āmirabilis es dn̄e ⁊ facies tua plena est gratiaꝝ. Odoratus affectus tā mirabili odore. dicit Can̄. i. Trahe me post te cur

remus in odorē vnguētoꝝ tuorum. Au/
ditus recreatus āgelica iubilatiōe. dicit
Cañ. v. Sonet vox tua in auribus meis
ꝛc̄. Os dulcoratū laude dei. dicit ṗs. Re
pleꝫ os meū laude ꝛc̄. Manus iocūdi/
tate xp̄i āplexatiōe. dicit ṗs. Oēs gentes
plaudite manibus. ¶ Tertio passus est
in mēbro sancto. i. in capite sacro oleo
delibuto. Est autē quadruplex caput.
¶ Primū est supsubstantiale. s. deꝰ. Istō
non erat in beato thoma lesuz: sed dili/
genter cōseruatuz. nam instar serpētis
corpꝰ exposuit ꝛ caput ꝯseruauit. ¶ Se/
cundū ē rōnale qđ ē ipsa mēs siue supe/
rior ps rōnis. Istud silr non erat lesum
ꝑ aliquaz patiētiaz vel murmuratiōnē.
Uñ dr̄ de martyribus. Non murmur re
sonat nō querimonia ꝛc̄. ¶ Tertiuz est
spūale scz ipse ꝑlatus qui est caput eccle
sie. ꝛ quātū ad hoc persecutoribus resti/
tit ꝛ corpus ecclesie defendit. ad Col. i.
Adimpleo ea que desunt passionibus
xp̄i in carne mea ꝓ corpore eius qđ ē ec/
clesia ꝛc̄. ¶ Quartū ē corporale ꝛ istō fe/
riendum exposuit: ꝛ caput xp̄i in se con/
seruauit. Sicut opponit quis brachium
vt ab ictibus caput custodiat. ¶ Quar
to passus est in tp̄e sancto scz in tempore
dñice natiuitatis ad innuendū ꝙ sicut
xp̄s natus erat in terris: sic ipse nasce/
batur in celis. Aia eīm sancta mō cōci/
pit per bona ꝓposita. parit aūt per bona
opa. nutrit vero per dei verba. Hoc autē
hic facit gemēdo: tunc aūt facit gauden
do. Apocal. xij. Mulier amicta sole ꝛc̄.
Tūc aīa est amicta sole: qñ sequiꝫ xp̄i cō
uersationē. Tūc hꝫ coronaz duodecim
stellaꝝ quādo seruat doctrinā duodeciz
aplorū. Tūc hꝫ lunaz sub pedibus: quā/
do hꝫ terrena sup affectibus. Clamat āt
qñ parit: qꝛ in pñti seculo igemiscit. Tā/
dem raptus ꝛ filius eius ad thronū dei:
qꝛ post generationē que fit cū dolore in
mūdo generanꝫ filij eius cū honore i ce/
lo. ¶ Quinto passus ē ꝓ causa facta: qꝛ
ꝓ libertate ecclesie defendēda. In veteri
lege nulla erat libertas sed seruitus. lz
enim haberent liberū prēm. s. deū. habe/
bant tñ ancillā mrēm. s. synagogaz. Pe/
trus aūt sequiꝫ ventrem ꝛ vētris condi/
tionē quātū ad libertatez ꝛ seruitutem.

Erāt tñ ibi quidā totalr serui: qui. s. ha/
bebant ancillā mrēm. s. synagogā: ꝛ ser/
uum prēz. s. diabolū. Jo. viij. Uos ex pa
tre diabolo estis. In noua aūt lege est li
bertas: qꝛ nascimur ex libero patre scilꝫ
deo. ꝛ libera mrē. s. eccla. Gal. iiij. Nō su
mus ancille filij sed libere. Sūt tñ ꝛ ibi
qdaz serui qui videnꝫ eē filij dei ꝛ ecclie
ꝑ fidem: ꝛ sunt filij diaboli ꝑ opationem
Jo. viij. Ois qui facit pctm̄ seruus ē pec
cati. Xp̄s ergo vos seruos redemit. i. Co
rinꝫ. vij. Precio empti estis. Redemptos
manu misit. i. extra ptātem diaboli po/
suit. Jo. viij. Si filius vos liberauerit ve
re liberi eritis. liberos in filios adopta/
uit. ad Roma. viij. Non enim accepistis
spūm seruitutis ꝛc̄. Et de hoc chirogra
phum fecit. Ysa. xlix. Ecce in manibus
meis descripsi te. Talem igiꝫ libertatem
thomas defendit: ꝛ iō martyriū passus
fuit. ¶ Sexto passus ē inter manus san
ctas. s. inter monachos. Corpus christi
postquā prī imolatū fuit a nullo ꝓpha/
no fuit cōtractum: sed a viris sanctis fu
it a cruce depositū ꝛ sepultū. Corpus au
tē sancti thome fuit organū spūs sancti
margarita dei ꝛ hostia xp̄i. Ipsi autem
psecutores fuerunt canes: iō nō debue/
runt tangere organū spūs sancti. ꝛ quia
erāt porci nō debuerūt cōculcare marga
ritam dei. Mat. vij. Nolite sanctū dare
canibus ꝛc̄. ꝛ qꝛ psecutores erant ꝓpha
ni: iō non debuerūt cōtractare hostiam
xp̄i. Corpus ergo beati thome a ministris
dei tm̄ tangi debuit postquā tāquam sa
cra hostia imolatū fuit. Nam ꝛ in vete/
ri lege hostia deo imolata non tangebaꝫ
nisi manibus sacerdotū. ¶ Septio erat
approbatus ab angelis sanctis. Naz si/
cut dr̄ dū requiē eternā diceref: audite
sunt voces angeloꝝ dicentiū. Letabitur
iustus ꝛc̄. Et hoc fecerunt angeli ꝓpter
dubiū tollēdū. Cum enim nō fuerit pas
sus ab īfidelibꝰ nec ꝓꝑ fidē: sꝫ a xp̄ianis
ꝛ ꝓ iusticia voluerūt āgeli ostēdere hūc
veruz eē martyrem ꝓpter cōsimile offi/
ciū, quia officiū angeli ē ecclesiā defen/
dere ꝛ custodire. ysa. lxij. Super muros
tuos hierusalē ꝯstitui custo. ꝛc̄. Homies
aūt eiusdem officij ꝛ artis honorē sibi i/
pendunt ꝓpter priuilegium. angeli eīm

sunt virgines p naturã: ꝛ thomas fuit virgo per grãm:ꝛ ideo tãquã sibi simi/lem priuilegio spãli ipm honerãt p lau/dem diuinã. Ecc.xij. Omne animal dili git sibi simile.

¶ Sermo.xlvij. ¶ De eodem. Sermo tertius.

Qui mihi mistrat me sequatˀ ꝛc̃. Jo.xij. Beatus Thomas hũit quattuoꝛ ma gna pconia. ¶ Primo nãqꝫ habuit pla/tionẽ dignã:qꝛ fuit dei minister. vñ dicitˀ Qui mihi ministrat ꝛc̃. Ad bonũ autez ministrũ tria requiruntˀ.s.mũditia: fide litas:ꝛ prudẽtia. Nemo enim vult mini/strũ imũdũ vel infidelẽ seu fatuũ. De pri mo ps. Ambulãs in via imaculata hic mihi mistrabat. de alijs duabus Luce. xij. Quis putas ẽ fidelˀ dispẽsatoꝛ ꝛ pru dens ꝛc̃. Beatus ergo thomas fuit mini ster dei ꝑpter mũditiã:qꝛ integrã casti/tatẽ seruauit: ꝛ ꝑpter sapiẽtiaꝫ qꝛ iura ecclesie sapiẽter defendit. ꝛ ꝑpter fideli tatem:qꝛ de tribus que sibi cõmisit sibi fideliter deseruiuit. s. de corpe p macera tiouẽ. de aĩa per sincerã dilectionẽ. ꝛ de rebus p liberalẽ distributionẽ. ¶ Secũ do habuit cõpassionẽ xp̃o cõsimilẽ ꝛ ac ceptã·iõ subditˀ me sequatˀ. Jn passiõe gdẽ xp̃i mlˀta ꝯmẽdabilia fuerũt. ¶ Pri mũ ẽ libera volũtas. ysa.liij. Oblatus est qꝛ ipe voluit. Similiter ꝛ thomas volũ/tarie passus fuit: vñ cuz monachi foꝛes ecclˀe clauderẽt beatus thomas eas refe rans dixit:non ẽ ecclˀa vt castrũ custodi enda ꝛ sic occisoꝛibus obuiauit. ¶ Scõꝫ ẽ imẽsa charitas que tãto fuit in xp̃o ꝙ solus mori voluit ꝛ ceteros illesos serua ri p̃cepi dicẽs: Si ergo me queritis sini/te hos abire. Silˀr ꝛ thomas dixit: si ca/put meũ queritis p̃cipio ex parte dei ne cuidã clerico vel layco noceatis. ¶ Ter tiũ ẽ magna vtilitas qꝛ xp̃s passus ẽ pro iusticia ecclˀie acquirẽda. ps. Annũciaui iusticiã tuã in ecclˀia magna. Silˀr ꝛ tho mas passus ẽ ꝑ iusticia ecclˀia defenden da. ¶ Quartũ ẽ deuotiõis suauitas qua xp̃s tam plenus fuit ꝙ inter vulnera pa tri se recõmendauit dicẽs: Pr̃ in manus tuas cõmendo spũm meũ. Similiter ꝛ sctũs thomas dum occideretˀ dixit deo ꝛ btẽ Marie ꝛ sctis oĩbus ꝛ beato Diony sio cãm sancte ecclesie ꝛ meipsum ꝯmẽ/do. ¶ Quintum ẽ constantie firmitas: tam cõstãs eiꝫ fuit xp̃s ꝙ nõ cessit ꝑpter iniurias verboꝝ:nec ꝑp supplicia toꝛmẽ toꝝ. Silˀr ꝛ thomas recepit cõtumelias cũ ei dixerũt: Capite furẽ suspẽdite la/tronẽ ꝛ ꝓditoꝛẽ. Multas iniurias in re bus ꝓprijs:qꝛ fuit omnibus spoliatus. Et multa supplicia in toꝛmẽtis:qꝛ fuit i oĩbus membris punitus ꝛ exterebratus sꝫ tñ in nullo potuit cõmoueri. ¶ Tertiõ habuit vitã sanctã. ꝛ hoc notatˀ cũ dicitˀ: Siquis mihi ministrat ꝛc̃. Jpse enim se totũ ministrauit deo: qꝛ se totũ diuinis obsequijs mancipauit. Et sicut in passio ne:sic ꝛ in vita se xp̃o cõfoꝛmauit. christ9 nãqꝫ habuit humilitatẽ que maxime ap paruit in peduꝫ ablutõe. Cõmunitatẽ q apparuit i benigna cõuersatõe. Baruch iij. Post hec in terris visus ẽ ꝛ cũ homi/nibus ꝯuersat9 ẽ. Asperitatẽ que appa/ruit in aduersoꝝ ꝑpessione. ps. propter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras. Silˀr ꝛ beatus thomas tãtam ha buit humilitatẽ ꝙ singulis dieb9 pedes pauperũ tredecim abluebat. ꝛ quattuoꝛ argẽteos cuilibet tribuebat. Tantã ha/buit ẽt cõitatẽ ꝙ saluo honestatis hono re se oĩbus ꝯfoꝛmabat. Seneca. Jd aga mus vt melioꝛẽ vitam sequamur q̃ vul/gus. nõ vt cõtrariã alioquin quos emen dare volumus fugamus a nobis ꝛ auer timus. Tantaꝫ habuit asperitatẽ ꝙ ieiu nijs corpus suuꝫ maccrabat:ꝛ cilicio mẽ bra sua domabat. Galˀ.v. Qui autez sunt xp̃i carnẽ suaꝫ crucifixerũt cũ vitijs ꝛ cõ cupiscẽtijs. ¶ Quarto nũc habet clari/tatem eternaꝫ:cũ dr̃: Ubi ego sum illic ꝛ minister meus erit. Circa quod notãdũ ꝙ xp̃s ẽ in dextera patris. Mat.vlti. se/det a dextris dei. Et in gloria pr̃is. Phi. ij. Dominus iesus xp̃s in gloria ẽ dei pa tris. Et in lumine patris. i. Tim̃. vi. Lu/cem habitat inaccessibilẽ: Et in throno patris. Apoca. i. Sicut ꝛ ego vici ꝛ sedi cum patre meo in throno eius. Beatus ergo thomas ẽ in dextera dei:qꝛ recepit oĩum beatoꝝ affluentiam. ps. Delecta/tiones in dex. tu. vsqꝫ in finem. Est i lu/

mine dei qꝛ habet visionē apertā.i.Coꝛ.
xiij.Uidemus nūc per speculū i enigma
te.tūc aūt facie ad faciē.Est i throno dei
qꝛ hꝫ regiaꝫ dignitatem. Prouer.vlti.
Nobilis in portis vir eius cū sederit cuꝫ
senatoribus terre.Est in gloria dei:qꝛ ha
bet oium bonoꝝ securitatē ⁊ eternitatē.
Aug.in li.cōfessio.Ipse erit finis desi/
deriorū nroꝝ qui sine fine videbit: sine
fastidio amabit sine fatigatōe laudabi/
tur.

Sermo.xlviij.¶ De sancto siluestro pa
pa.Sermo primus:

Adeo est omnis
medela:⁊ a rege accipies do
natione.Ecc.xxxviij.Cōstan
tinus impatoꝛ cū lepra eēt pfusus a sil/
uestro ē curatus:⁊ curāti nō fuit ingra/
tus.¶ In verbis pmissis prio ponit eius
miraculosa curatio:cū dr: Adeo est ois
medela.¶ Scdo cōstātini grata recogni
tio:cū dr: A rege accipies donationem.
¶ Circa primū notādū q cōstantin⁹ cu/
ratus ē p siluestrū per virtutē baptismi.
Circa quē baptismū quattuoꝛ psone cō/
siderant. s.apostoli. cōstantinus .silue/
ster.⁊ xps.Ex pte aploꝝ fuit itimata ma
teria ⁊ figura.Uñ dixerūt cōstātino i vi
su apparētes:qꝛ horruisti effusionē san/
guinis inocētis.siluester ostēdet tibi pi/
scinā.ecce materia in qua imersus tertō
curaberis ab oi lepre morbo.ecce figura.
Materia eiꝫ baptismi est aqua que fuit
sctificata tactu dñice carnis cū in iorda
ne ostēdit virtutē institutōis:cum dixit:
Joā.iij.Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊
spū sctō ⁊c.Aqua regeneratiōis que d la
tere emanauit ⁊ bñdictiōis sacerdotis.
Aug.Accedit verbū ad elemētū ⁊ fit sa/
cramētū.Trina autē imersio fit ad desi/
gnādū triduanā xpi sepulturā.⁊ q a tri
nitate hꝫ efficaciā.⁊ q triplicē remittit
culpā.s.originalē:actualē: ⁊ venialem.
¶ Scdo ex pte cōstātini fuit dispositio
pambula.Disposuit eiꝫ se ad baptismū
ptria. s.p cōtritionē:cōfessionē: ⁊ satis/
factionē.Uñ legit q ad eccliam scti pe/
tri venit ⁊ se de pctis suis lamentabilr
accusauit.Mat.iij.Babtizabant a ioā/
ne ꝯfitentes pcta sua, Per opa pnie qꝛ
siluester āte baptismū vnius hebdōe ieiu/
niū sibi indixit.Christ⁹ nō ieiunauit añ
baptismū:qꝛ non idigebat aliqua dispo
sitione.Jeiunauit aūt post baptimū. ad
inuēdū q qui in baptismo nascit nouus
hō efficit.Paulus aūt ⁊ cōstātinus āte
baptismū ieiunauerūt:qꝛ indigebāt di/
spositiōe.Per opa misericordie quia añ
baptismū carceres apiri fecit. Matt.v.
Beati misericordes qm ipsi misericordi/
am cōsequent.¶ Tertio ex pte siluestri
fuit forma debita ⁊ recta intētio:p quaꝫ
ipm intēdebat virtute baptismi sanare i
corpe ⁊ mēte.vñ poterat dicere illō Jo.
vij.Totū hoieꝫ sanū fecit i sabbato.Tūc
eiꝫ fuit sabbatū ppter pacē que fuit ec/
clesie restituta.¶ Quarto ex pte xpi fuit
efficacia vtuosa que fuit triplex.¶ Pri/
ma ē qꝛ ipm in baptismo curauit a mor/
bo lepre.ij.Re.iiij. Restituta ē caro ei⁹ si
cut caro pueri puuli.¶ Scda ē qꝛ sibi in
fudit lucē grē.⁊ hoc significat p hoc q i
baptismo eius mirabilis splēdoꝛ lucis
emicuit.Sup aplos descēdit spūs san/
ctus in linguis igneis.qꝛ in pdicatore re
quirit lingua ignita ad inflāmandū.su/
per cōstantinū apparuit in specie lucis:
qꝛ in pricipe requirit lux sapie ad iudi/
candū.¶ Tertia ē qꝛ ipm dignū fecit sua
visione.hoc significat p hoc q xps ꝯstā/
tino in baptismo apparuit. Legit enim
ii Reg.xij.q absolon duobus ānis facieꝫ
regis non vidit.tertio aūt vidit.Quia i
lege nature cōtra pctm originale istitu/
ta fuerūt sacrificia.in lege moysi circun
cisio sed neutrū istorum celos apiebat.i
lege aūt grē quasi in tertio anno institu/
tus ē baptismus qui celos apuit:⁊ homi
nes dignos dei visione fecit. ¶ Secun/
do ponit ꝯstātini grata recognitio:cū di
citur: Et a rege accipies donationē. ipse
eim eccliam xpi fundauit.vñ legit q de
fundamēto ecclie sancti petri.xij.cophi
nos terre ppriis humeris asportauit.vñ
dicit quedā glo.sup ysa.lx.Edificabunt
filij peregrinoꝝ muros tuos. Sicut cō/
stantin⁹ q rome.xij.ecclas i honore duo
decim aploꝝ fecit.¶ Scdo fundatā do
tauit.qꝛ totā italiā in dotē donauit. Ge.
xxx.Dotauit me dñs dote bona.mecum
erit vir meus,eo q genuerim ei sex filios

Et pōt esse verbū ecclesie que hic dotat̄ i
futuro xp̄o ꝯiunget̄.c o.s.ꝙ sex filios si-
bi generauit.apostolos.martires. con-
fessores.virgines.ꝯtinentes.⁊ coniuga-
tos.¶ Tertio dotatā priuilegiis ꝯmuni
uit.Dedit.n.legē.quicūq3 fugeret in ec-
clesiam saluus essꝫ.⁊ plures alias leges
fecit.Christus tñ ecclesiā nobilioribus p̄
uilegiis ꝯmūiuit.de q̄bus dicit̄.iiij. Re.
ix.Sanctificaui domū hanc vt ponerez
nomen meū ibi in sempiternum.⁊ erunt
oculi mei ⁊ cor meū ibi cūctis dieb⁹.Ec-
ce q2 deus in ecclesia posuit nomen suū.
oculos suos ⁊ cor suū Et sic nominat̄ no
mine dei.videt oculis dei.⁊ viuit corde
dei.Propter primū est famosa ⁊ cogno-
scibilis.Malac.i.ab ortu solis vsque ad
occasum magnū est nomen meū in genti
bus.ꝑpter scōm est circūspecta ⁊ infalli
bilis.Prouerbi.i.Frustra iacit̄ rete ante
oculos pēnatoꝝ ꝑpter tertium est ppe-
tua ⁊ imortalis.Isai.xxxiij.Tabernacu-
lum quod nequaquā transferri poterit.
¶ Quarto priuilegiatā dignitatib⁹ exor
nauit.Dedit.n.siluestro coronam impia
lem ⁊ equū albū.Uoluit enim ecclesiam
ornare.q2 sciebat ipsam eē summi regis
spōsam.p̄s.Stetit regina ⁊c.ipsam esse
ad dexteram dei collocandā.vnde seq̄t.
A dextris tuis ip̄am imortalitatis stola
induēda.ideo subdit̄ in vestitu deaura
to.ip̄am angeloruꝫ multitudine ⁊ obse-
quiis mancipatā.ideo subdit̄.Circunda
ta varietate. Sermo.xlix.¶ De eodem
Sermo secundus.

HOnora medicum ꝑpter necessitatē.Ecc.
xxxviij.In v̄bis p̄missis duo
ponunt̄.s.Cōstantini necessi
tas in quā incidit.⁊ honoris sublimitas
qua siluestrū honorauit.¶ Circa primū
notandū ꝙ ꝯstantinus triplicez necessi
tatem patiebat̄.¶ Prima erat corpora-
lis quā patiebat̄ i carne sua. Et ista erat
morbus lepre.¶ Secūda erat sp̄ualis q̄
erat in mente sua.⁊ ista erat morb⁹ idola
trie.¶ Tertia erat in gēte sua.Et ista cā-
bat̄ ex draconis infectiōe.¶ Primū mor
bū curare volebat p innocentū sanguis
effusionē.¶ Scōm augere volebat per
xp̄iane religionis extirpatōem.¶ Terti
um sedare volebat p cerimonialiū exhi-
bitōem.Sed affuit celestis medicus.s.
siluester q hūc triplicem morbuꝫ salubri
remedio curauit.¶ Primū nāq3 cura-
uit p baptismi regeneratōnem.q2.s.mox
vt fuit baptizatus ab omni lepra fuit cu
ratus.iiij.Regū.v.Restituta est caro ei⁹
sicut caro pueri paruuli ⁊ mūdatus est.
¶ In carne q̄dem sua patiebat̄ triplicez
morbū.¶ Primus cābat̄ ex lepre asper-
sione.⁊ quantū ad hoc dicit restituta est
caro eius.¶ Secūdus causabat̄ ex fomi
te ꝯcupiscentie.Et iste p baptismū debi-
litatus est.Et quantū ad hoc dicit.Caro
pueri ⁊c.¶ Tertius causabat̄ ex vetusta
ꝯuersatōe.q̄ in baptismo spoliatus est.
Col.iij.Spoliantes vos veterē hominē
⁊c.Et quantū ad hoc dicit.Mundatus
est.¶ Secundus erat morbus sp̄ualis.s.
morbus erroris.Notandum aūt ꝙ tunc
erat triplex error.¶ Primus gētilitatis
⁊ idolatrie.⁊ istum curauit siluester mi-
raculis.p̄s.Dabit voci sue vocem virtu
tis in miraculis.s.miraculosa curatōne
ꝯstantini.¶ Secūdus erat iudaice per-
fidie.⁊ illū curauit doctrinis.q2 disputā
do cum helena ⁊ iudeis ipsos conuicit.
Luce.xxi.Ego.n.dabo vobis os ⁊ sapiē
tiam ⁊c. Et miraculis.s. resuscitatione
tauri.i.Cor.i.Iudei signa petunt. greci
sapiētiā querūt.Siluester aūt grecis si-
ue gētilibus sapiam ⁊ iudeis signa p̄be
bat.sapientes.n.acq̄escūt rōnib⁹:simpli
ces miraculis.sed qñ vtrūq3 dat̄ tunc ⁊
ratōes miracula ꝯmēdāt ⁊ miracula rō
nes ꝯfirmāt.¶ Terti⁹ erat error prauita
tis heretice.⁊ ille fuit arrij.q statim post
siluestrū adhuc tamen viuēte ꝯstantino
incepit q dicebat xp̄m eē purā creaturā.
Et ille morbus curatus ē doctrinis q2 ni
cenū ꝯciliū ꝯgregatū ē.vbi aptis ratōni
bus eius error ꝯfutatus ē.Et miraculis
q2 arrius crepuit medius.⁊ nephando
ore quo xp̄m blasphemauit viscera sua
euomuit.¶ Tertius morbus causabatur
ex infectōe draconis.⁊ hunc morbum sil
uester curauit p potentiā.q2 ad p̄ceptuꝫ
petri ⁊ pauli aploꝝ ad ip̄m descendit.⁊
ibi tria fecit.Nam sibi p̄cepit ꝙ ibi xp̄m
venientem iudicē expectaret.os eius fi
lo ligauit.⁊ cum sigillo habēte crucem

sigillauit. Christus náqȝ vicit diabolum
ꝑ potentiá. hoc significat ꝓceptuȝ quod
ei fecit ꝑ sapientiá. hoc signat ligatio q̈
cũ ligauit ꝑ iustitiá que apparuit i pas/
sione. hoc signat sigillatio facta cum cru
ce. Secũdo ponit honoris sublimitas q̈
siluestrũ honorauit cum dr̃. Honora me
dicũ. Circa qð notandũ ꝙ ecclesia est vi
caria xp̃i. vxor agni. thesauraria dĩ. ostia
ria paradisi. ¶ Primo igit q: ecclesia est
vicaria xp̃i ɔstantinus in sede sibi cessit.
dimisit.n. sibi sedẽ romane vrbis ⁊ ipse
in ɔstantinopolim sibi sedẽ locauit. Vñ
ait in suo testamẽto vbi principatus sa/
cerdotũ ⁊ xp̃iane religionis caput a cele
sti impatore institutũ est. iustũ ẽ vt illic i
perator terrenus nõ hȝ ptãtem. ¶ Scðo
q: est sponsa agni ipsam tanquá fidelis
paranimphus nobiliter exornauit. Naȝ
sicut legit in suo testõ dedit siluestro co
ronam impialẽ sup humerale. ⁊ oía im/
perialia ornamẽta. Ordinás ẽt ꝙ cardia
les essent ɔsules ⁊ patritij ⁊ impialibꝰ di
gnitatibus adornati. ¶ Tertio q: est the
sauraria dei. impiũ occidẽtale sibi custo
diendũ ɔmisit. ⁊ ipse ad ptes orientales
accedẽs. ɔstãtinopolim edificauit. Isa.
xlv. Dabo tibi thesauros absconditos
⁊c. ¶ Quarto q: erat ostiaria paradisi.
iudicio suo se ligandũ ⁊ absoluẽdũ sup
posuit. Unde legit in historia ecclesiasti
ca ꝙ cũ in niceno concilio diuersi ep̃i di
uersos libellos ɔstantino pñtassent vt ip
se inter eos iudicaret. oẽs libellos i ignẽ
ꝓiecit dicẽs. Deus vobis ptãtem dedit
de nobis iudicare. ⁊ ideo a vobis recte
iudicamur. Uos aũt nõ potestis ab hoi
nibus iudicari. Uos.n. nobis a deo dati
estis dij. ⁊ ɔueniens nõ est vt homo iudi
cet deos. sed ille de quo dicit. Deus ste/
tit in sinagoga deoꝝ. Sermo.l. ¶ De eo
deȝ Sermo.iij.

IN diebus suis placuit deo.
Eccle.xliiij. Tota vita san
ctoꝝ est dies.i. Thessal.v. Oẽs
vos filij lucis ⁊ filij diei. ⁊ q̃a
sancti viri sepe mutãt status. iõ quot sta
tus habent tot dies ɔtinent. Beatꝰ autẽ
siluester fuit in quadruplici statu.s. sub/
iectionis. platõis. ɔsumatõis. ⁊ glorifica
tõis. Et in his diebus.i. statibus suis lu
cidis semp placuit deo. ¶ Primo náqȝ
placuit in statu pfectõis ꝑ gratiá. Sunt
aũt tria signa per que põt homo cogno
scere vtrum placeat deo ꝑ grãm. ¶ Pri
mum ẽ exercere opera misericordie. Ec/
cle.xvij. Elyna viri quasi sacculus cum
ipso. ⁊ gratiá hominis quasi pupillam
ɔseruabit. Sicut.n. manus opponit vt
pupilla ab ictibus custodiat. sic ꝑ elynã
a tentatõibus diaboli anima ɔseruatur
Istud siluester adhuc laicus hẽbat. De
quo dicit q: hospitalitatẽ summope ex/
ercebat. Hebre.xiij. Hospitalitatẽ nolite
obliuisci. ꝑ hanc.n. q̄dam placuerũt an
gelis hospicio receptis. ¶ Secunduȝ si
gnũ est firmitatem ɔsciẽtie hr̃e. Eccle.
xx. Homo acharis.i. sine gratia quasi fa
bula vana. Et dicit Eccle.xxvij. Hõ sen/
satus manet in sapiẽtia sicut sol ⁊c. Istð
siluester habuit. Ná cum olim quẽdam
xp̃ianuȝ noie timotheũ omnes xp̃iani ti
merent recipere. ipse eum recepit ⁊ secũ
manere fecit. ¶ Tertiũ signũ est habere
spũm ꝓphetie.ij. Petri.i. Spũ sancto i
spirati locuti sunt sancti dei homines.
Istud siluester habuit. Nam cũ ꝓfectus
sibi in crastinũ diuersa tormenta mina/
ret ꝓphetica voce respondit. Stulte ac
nocte morieris tu ⁊ velis nolis veꝝ deũ
quem colimus recognosces quod ita fa
ctũ est. ¶ Secũdo placuit in statu ꝑlatõ
nis ꝑ curam sollicitam. Ipe enim popu
lum suũ pauit v̊bo ꝓdicatõis. ꝑ qð iude
os ɔuicit. gentiles ɔuertit. ⁊ fideles in/
struxit. Pauit etiaȝ exemplo reformatõ
nis. Unde dicit ꝙ non solum a xp̃ianis
sed etiam a paganis miro diligebat affe
ctu. Erat eniȝ aspectu angelicus. sermo
ne nitidus. ⁊ fide catholicus. charitate
diffusus. Pauit temporali subsidio. Un
de dicit ꝙ oium orphanoꝝ. viduarum.
⁊ paupeꝝ nomina scripta habebat ⁊ eis
in necessarijs subueniebat. Propter ista
tria dicit.i. Tim̃.iij. Exemplũ esto fideliũ
in verbo.s. ꝓdicatõis in ɔuersatõne.s. in
formationis in charitate.s. subministra
tionis. ¶ Tertio placuit in statu consu
mationis siue mortis. q: tunc gratiosum
testamentũ fecit. in quo tria subditis de
legauit.s. vt inter se charitatem haberẽt
ecclesias suas diligẽtius gubernarent.

⁊ gregem a lupoꝝ moꝛsibus custodirent
Ista tria paulus discipulis suis ꝑ testa-
mento legauit dicens Actuũ.xx. Attẽdi
te vobis ⁊ vniuerso gregi.vt.s.spm sin-
cere diligatis in quo vos sanctus spũs
posuit epos regere ecclesiam dei.vt.s. di
ligentius gubernetis. Ego scio quoniaz
intrabunt post discessionẽ meam lupi ra
paces non ꝑcentes gregi.⁊ ideo ipsuz a
lupoꝝ moꝛsibus custodiatis. Et intelli-
gunt lupi demones. heretici ⁊ tiranni.
Debent qdem prelati custodire ecclesiã
a moꝛsibus demonũ per oratiõem assidu
am. Lu.xxij. Ecce satanas expetiuit vos
⁊c̃. Et tu aliquãdo ꝯuersus ꝯfirma frẽs
tuos.s.ꝑ oratõem sollicitã. A moꝛsibus
hereticoꝝ ꝑ sanam doctrinã.i.Petri.iij.
Parati semꝑ ad satisfactõem omni po-
scenti ⁊c. A moꝛsibus tirãnoꝝ ꝑ firmam
ꝯstantiã. Unde qdam repꝛehenduntur
Ezechi.xij. Nõ ascẽdistis ex aduerso ⁊c̃.
¶ Quarto placet nũc deo in statu gloꝛi
ficatõis.ps̃. Placebo domino in regiõe
viuoꝝ. Sunt aũt tria ꝑ que beati placẽt
deo. ¶ Primũ est idẽptitas voluntatis.
Modo enim in malis volũtas ẽ deo cõ
traria.ideo deo displicent. In bõis eim
semiplena.⁊ ideo impfecte placent.s3 in
beatis est ꝑfecta.ideo ꝑfecte placẽt. Isa.
lxij. Uocaberis volũtas mea i eis. ¶ Se
cundũ est idemptitas similitudinis. Si
militudo qdem dei in malis est deleta.
ideo nõ cognoscunt. In bonis est obscu
ra quia in coꝛpoꝛe qd̃ corrumpit aggra-
uatur. In beatis est clara.i.Joã.iij. Sci
mus qꝛ cum similes ei erimus apparue-
rint ⁊c̃. ¶ Tertium est idẽptitas amoꝛis
Mali aũt habent coꝛ frigidum. Hie.vi.
Sicut frigidam facit cisterna aquã suã
⁊c̃. Boni habent coꝛ calidum.ps̃. Conca
luit coꝛ meũ intra me. Beati vero habẽt
coꝛ in ignẽ amoꝛis totaliter ꝯuersum.iõ
vocant scintille ignis. Sap̃.iij. ¶ Fulge
bunt iusti ⁊ tanquã scintille in arũdine-
to discurreret ¶. Sermo.li.

¶ De circuncisione domini Sermo.i.

Infans octo dierũ circũ
cidet in uobis.
Gene.vij. Quanuis iesus fue
rit infans octo dierum: tamẽ
circũcisione nõ indigebat. Cum.n.circũ
cisio data fuerit contra pctm̃. Et quoniã
xp̃s fuerit sine peccato nõ indigebat ta
li remedio. Bernar.ꝙ nõ fecerit pecca-
tum etas ip̃a manifestat ꝙ nõ ꝯtraxerit
mltofoꝛtius ꝓbat patris diuinitas ⁊ ma
tris integritas. Est eni tibi pater ab eter
no.sed deus est in quem nõ cadit peccã-
tum. Est tibi mater ex tpe.sed virgo nec
parere potuit incorruptio corruptelam.
¶ Notandũ autẽ ꝙ circũcisus fuit xp̃s.
a parentibus in parte coꝛpoꝛis.⁊ a iude
is in omnibus sensibus coꝛpoꝛis. ¶ Pri
mam aũt circũcisionẽ voluit accipe non
ꝓpter indigentiã.sed ꝓpter ꝯgruẽtiaz.
Congruũ enim fuit multiplici ratione.
¶ Primo vt legem impleret. Roma.xv.
Dico enim iesum xp̃m fuisse ministrum
circũcisionis ⁊c̃. ¶ Secũdo vt incarnatõ
nis misteriuz diabolo occultaret. Sicut
enim piscis volens capere escam capit
ab hamo.sic diabolus videns xp̃m circũ
cidi voluit ipsum capere tanquã puruz
hominẽ in carne ⁊ captus est diuinitate
Job.xi. Nunquid illudes ei quasi auis.
¶ Tertio vt ꝯmunitatẽ ꝯmẽdaret. Ber.
Amatoꝛ ꝯmunitatis quomõ illam dese-
reret.⁊ alios scandalizaret. sicut enim
scandalizant xp̃iani videntes aliquez d̃
genere xp̃ianoꝝ non baptizatuz.sic ⁊ iu
dei videntes ip̃m nõ circũcisuz. ¶ Quar
to ne iudei se excusarent dicentes. Ideo
te nõ recipimus qꝛ contra legẽ facis ⁊ d̃
populo nostro debes perire.iuxta illud
Gene.xvij. Masculus cuius pꝛeputij ca
ro circuncisa nõ fuerit delebitur anima
eius de populo suo. ¶ Quinto vt nostrã
naturã sanaret. Sicut enim fit cauteriũ
in vno membꝛo vt totũ coꝛpus sanet.sic
xp̃s voluit circũcidi vt coꝛpus ecclesie
totum sanaret. Col.ij. Circũcisi estis cir-
cuncisione nõ manufacta. ¶ Secundo
fuit circuncisus a iudeis in omnibus ꝑ
tibus coꝛpoꝛis ⁊ omnibus sensibus suis
sui coꝛpoꝛis. ¶ Primo quantũ ad aures
quia detraxerunt sue potentie. Matth.
ix. In belzebub pꝛincipe demonioꝛum
eijcit demonia. Et sapientie sue. Joan.
viij. Tu de teip̃o testimoniũ perhibes.te
stimoniũ tuum nõ est verum. Sue mise-
ricoꝛdie. Luce.xv. Murmurabant pha
risei ⁊ scribe dicentes.quia hic peccato

res recipit ⁊ manducat cũ illis.¶ Secũ
do quantũ ad viſum.emiſit enim lachri
mas compaſſionis.Luce.xix.videns ci
uitatem fleuit ſuper illaʒ ⁊c̃.Lachrimas
amoris.Joan.xi.Lachrimatus eſt ieſus
ſ.ſuper lazarũ amicum ſuũ. Lachrimas
doloris in ſui paſſione vt habet Hebre.
v.¶ Tertium quantũ ad olfactum. Ha
buit enim odorem grauem fetidũ ⁊ feti
diſſimũ.Odor grauis cauſabat ex pocu
lo myrrhato ⁊ abſcinthiato. Odor feti
dus cauſabat ex ſputis iudeorũ ⁊ cada
ueribus mortuorũ.Odor fetidiſſimꝰ cau
ſabat ex ſpurecitijs peccatoruʒ. Pecca
ta enim aerẽ inficiunt ⁊ fetidũ reddunt
p̃s.Corrupti ſunt.⁊ abominabiles facti
ſunt ⁊c̃.¶ Quarto quantũ ad guſtum.
quia amarum potum ſibi ꝓpriauerũt.ſ.
mixtũ cum felle aceto ⁊ mirrha.vt.ſ.ꝗ fel
venenaret.mirrha amarificaret.acetuʒ
quod eſt penetratiuũ venenum ⁊ amari
tudinem per totum corpus deduceret.
¶ Quinto quantum ad manus.habuit
eim manus ligatas vinculis amoris qñ
ſ.fuit flagellatus ad columnã. Eccle.vi.
Ne accidieris in vinculis eius.¶ Habuit
manus perforatas largitate muneris.
p̃s.Aperis tu manũ tuam ⁊ imples om
ne animal benedictione.Habuit crucifi
xas in exempluʒ penitentię finalis.Cla
uus autem quo homo affigit eſt timor
dei.p̃s. confige timore tuo carnes meas
In his quinqʒ ſenſibus ideo voluit cir
cuncidi vt culpaʒ eue ſanaret.⁊ nos cir
cuncidi doceret.Eua quidem in circun
ciſas habuit aures quãdo ſuggeſtiõi ſer
pentis eas accomodauit. Oculos quan
do pomum vetitum aſpexit. Olfactum
quãdo pomi odorem ſenſit ⁊ ſua mens
inde allectata fuit.Guſtum quando po
mum comedit.Manus quãdo ip̃as ad
illud extendit.¶ Nos etiam debemus
in his quinque ſenſibus circuncidi ſci
licet in viſu laſciuie conſideratione. Qr
ſicut dicitur Hieremi.ix.Aſcendit mors
per feneſtras veſtras.Jn auditu de noci
ua auditõne ſcilicet detractõnis.Eccle.
x.Si mordeat me ſerpens in ſilentio ni
hil eo minus habet q̃ occulte detraxit
Jn loquela adulationis praue Jſai.xiij
Syrena in delubro voluptatis. Jn olfa
ctu a ſuperuacua odoris requiſitõne.q̃a
ſicut dicit Jſai.iij.Erit ꝓ ſuaui odore fe
tor.Jn lingua in verborũ conſideratiõe.
Exodi.vi.Jn circunciſus labijs ego ſuʒ
Jn manibus a remiſſa operatõne. Jſai.
x.Remiſſas manus ⁊ ſoluta genua erigi
te ⁊c.¶ Sermo.lij.¶ Eodem die ſermo
ſecundus.

POſtquam conſumati ſunt dies
octo vt circunciderctur puer
⁊c̃.Luce.ij.humana natura i
adaʒ adeo fuit corrupta q̃ omnes ab ip
ſo ꝓpagati corruptõem traxerunt. quia
ſi maſſa corrupta fuerit ⁊ delibatio vitia
ta.Et quãuis deus animã puram infun
dat.tamen ex vaſe ideſt corpore corrum
pit ⁊ vitiat. Jdeo deus a principio po
ſuit remedia ⁊ contra ip̃m peccatum in
ſtituit que etiam xp̃s humilitatis cauſa
aſſumpſit.que quidem ſunt quinqʒ ſicut
Hugo.dicit de ſancto victore.¶ Primuʒ
fuit oblatio.⁊ iſtud incepit in abel ⁊ du
rauit vſqʒ ad diluuium.Et iſtud reme
dium xp̃s aſſumpſit qui quattuor ꝓ no
bis deo obtulit.ſ.carnem in ſatiſfactio
nem.Adam enim debebat ſatiſfacere ⁊
penã portare.xp̃s aũt penam ſuſtinuit ⁊
ſic ſatiſfecit.p̃s.Que nõ rapui tũc ex ſol
uebam.Jſa.liij.Diſciplina pacis noſtre
ſup eũ.Leo.n.timet qñ catulus flagella
tur:quãto magis catulus timeret ſi leo
nẽ flagellari videret. Sic ⁊ nos debemꝰ
timere qñ xp̃m videmꝰ ſic flagellatũ eẽ.
¶ Scd̃o obtulit ſanguinẽ in redẽptiõeʒ
nr̃am.i.Pet.i.Nõ corruptibilibus auro
vel argẽto redẽpti eſtis de vana vr̃a con
uerſatõe ſʒ p̃cioſo ſanguine agni imacu
lati xp̃i.Solẽt nãqʒ qui p̃ciũ pſoluũt ip̃ʒ
p̃ciũ numerare vel appẽdere vel menſu
rare.xp̃s aũt ſanguinẽ ſuũ dedit in preci
um ſine numero.põdere ⁊ mẽſura. Ter
tio obtulit aĩam ſuã in recõciliatiõeʒ.ij.
Corĩ.v.Oĩa aũt ex deo qui reconciliauit
nos ſibi p xp̃m.Et quia recõciliator dum
ſe interponit aliquando a partibus vul
neratur.ſic xp̃s vulneratus fuit a deo.
Jſai.liij.Propter ſcelus populi mei per
cuſſi cum ab homine fuit vulneratus.
zacha.xiij.His plagatus ſũ i domo eo
rũ q̃ dilexerunt me.¶ Quarto obtulit

diuinitatē in fruitionē. Et ista ē beatitu
do cōis nobis ⁊ angelis. Jo.xvij. Hec ē
vita eterna vt cognoscāt te solum veruз
deũ ⁊c. Jn christi tamē humanitate hō i
quinqз sensibus beatificat̃ p̃ angelis .s.
i visu q: videbit xp̃i hũanitatē. Jn audi
tu quia audiet christi dulcissimā vocem.
Jn olfactu: q: sentiet de corpore christi
mirum odoreз. Jn ore: quia loquet̃ ore
ad os cum christo. Jn tactu q: amplexa-
bit̃ ipsuз xp̃m. ¶ Secũdũ remediũ fuit
sacrificiũ. Et istud incepit in noe ⁊ dura
uit vsqз ad abrahaз. Jstud aũt xp̃s obtu
lit quādo in ara crucis p̃ri se sacrificiuз
imolauit. di aũt Leuit̃.vi. Omne sacrifi
ciũ sacerdotũ igni cōsumet̃. Et iō chri-
stus vt acceptabile sacrificiuз fieret fuit
quintuplici igne inflāmatus. s. igne di-
uinitatis. Hebr̃.x. Deus noster ignis cō
sumens ē. Jgne amoris. Luce.xij. Jgneз
veni mittere in terrā. Jgne doloris. Ma
thei.xvi. Tristis ē anima mea vsque ad
mortem. Jgne passionis. p̃s. Ossa mea si
cut cremiũ aruerũt. Et igne ꝯpassionis
Uidens.n. matrē sic āgustiari: ⁊ sic apo
stolos dispergi magno cepit in corde cō
passionis igne cremari. p̃s. Cōcaluit cor
meum intra me ⁊c. Et q: isto quintupli-
ci igne fuit circũdatus. Jdeo a plāta pe
dis vsqз ad verticeз capitis fuit inflam
matus. Ezech.xxviij. Ab aspectu lũboꝝ
eius. ⁊ deorsum ignis ⁊ a lumbis ei⁹ sur
sum quasi aspectus splēdoris visio ele-
ctri. ¶ Tertium remediũ fuit decimatō
⁊ istud incepit in abraham ⁊ in melchi-
sedech. ⁊ durauit vsque ad christũ. Sed
tamē notādũ ꝙ sũt decime reꝝ. istas xp̃s
nō soluit q: nihil habuit. Mat.viij. vul
pes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos
⁊c. Et sunt decime dieꝝ. Jstas xp̃s soluit
qñ.xl. diebus ⁊ noctibus ieiunauit. Sũt
decime p̃ceptoꝝ. Deus.n. multa prece-
pta hoi dedit. Decem aũt sibi retinuit.
istas ēt xp̃s seruauit ⁊ soluit q: legem p-
fecte adimpleuit. Mat.vi. Nō veni sol-
uere legē sed adimplere. Sũt decime or
dinũ. deus.n. fecit nouē ordines ange-
lorum ⁊ decimũ hominũ. xp̃s aũt nouē
oues.i. nouē ordines dimisit in deserto
i. in celo. ⁊ decimũ. s. hominē venit que-
rere in mũdo ⁊ ip̃m tāquā decimā rep̃

sentauit patri suo. ¶ Quartũ remediũ
fuit circũcisio. ⁊ istud xp̃s hodie accepit
cũ tñ non indigeret. Jn pctō nāqз origi
nali quatuor sunt. s. culpa. fomes. priua
tio gratie. ⁊ carētia visionis dīne. Jn cir
cũcisione eim auferebat̃ culpa nr̃a: debi-
litabat̃ ꝯcupiscētia. ꝯferebat̃ gr̃a. tolle-
bat̃ diuine visiōis carētia. Sз q: ianua
nōdum erat aperta. ideo ipse non pote-
rat frui visione diuina. Christus ergo
nō indigebat circuncisiōe. quia in ipso
nulla fuit originalis culpa. nec in carne
sua aliquis fomes. vel aliqua ꝯcupiscen
tia. nec habuit priuationē: sed plenitudi
nem gratie. etiam in terra degens frue-
batur diuina visiōe. Uoluit tamē circũ-
cidi vt verum corpus humanũ se assum
psisse ostenderet. Cum.n. christus fuerit
verus deus ⁊ verus homo. Quidam ta
mē dixerũt ipsum nō fuisse deũ sicut ar-
riani. Quidam ip̃m nō habuisse verum
corpus humanũ: sed fantasticũ sicut ma
nichei. ideo ioānes vtrunqз errorem ex
cludens dicit. i. Joan.v. Tres sunt q te-
stimoniũ dant in celo. pater. verbum. ⁊
spũs sanctus. q:.n. christus fuerit natu
re celestis. i. diuine. testimoniũ dat p̃r:
cum dixit. Hic est filius meus dilectus.
⁊c. Testimoniũ dat filius: cum ait. Ego
⁊ pater vnum sumus. Testimonium dat
spũs sanctus qui super ip̃m in specie co
lumbe apparuit. ꝙ auteз fuerit verus
homo testimoniũ dat spũs. aqua ⁊ san-
guis. Ad compositōem eim homis duo
requirunt̃. s. anima rōnalis ⁊ corp⁹ hu-
manũ. ꝙ autē habuit animā rōnaleз pa
tet ex eo ꝙ inclinato capite tradidit spi
rituз. Quod vidēs centurio ait dicens
Uere filius dei erat iste. ꝙ vero habuit
verum corpus humanuз. pз ex eo ꝙ ex
corpore eius exiuit sanguis ⁊ aqua. ⁊ iō
postꝙ ioānes dixit. Spũs. subdit aqua
⁊ sanguis. Cũ.n. ad ꝯpositōem corporis
humani quatuor elemēta cōcurrāt. s. ter
ra aqua aer ⁊ ignis. Et ad vegetationeз
eiusdē quatuor humores cōsimiles illis
cōueniāt videlз sanguis. colera. flegma
melācolia. Jdeo vt veritateз hũani cor-
poris ioannes demonstraret. Unum ex
elementis. s. aquam. ⁊ vnuз ex humori-
bus. s. sanguinem a parte posuit vt ex

hoc ostenderet corp⁹ christi ex quatuor
elemētis componi ꝛ ex quatuor humori
bus vegetari. ¶ Quintū remediū fuit
baptismus. Est autē triplex baptismus
quē christus assumpsit. s. fluminis. san/
guinis. ꝛ flaminis. ☞ Baptismū flumis
accepit vt aquas sanctificaret. Oia eim
elemēta erant imūda: sꝫ ipse scificauit.
Terrā. s. per ipsaꝫ gradiēdo. Aquā: i ip/
saꝫ se baptizari faciēdo. Aerē nō sub te/
cto: sꝫ in aere patiēdo. Ignē spūm sctm̄
in specie ignis mittēdo. ☞ Secūdo: ba/
ptizari voluit baptismo sanguis: vt scꝫ
nos a peccatis nostris lauaret. Apoca.
i. Lauit nos a pctis nr̄is i sanguie suo.
Et ibidē. Lauerūt stolas suas: ꝛ dealba/
uerūt eas in sanguine agni. Ex quo pꝫ
ꝙ sanguis xp̄i habꝫ dealbare instar la/
ctis. Lac. n. dr̄ sanguis dupl'r. coctus. s.
igne amoris ꝛ doloris. Uere igit̄ sāguis
xp̄i ē instar lactis: qui nō duplicit̄ sꝫ qua
druplicitur fuit excoctus. s. igne amoris
doloris. passiōis. ꝛ cōpassiōis. de quib⁹
supra dictū est. ☞ Tertio fuit baptizatus
baptismo flaminis Luce. iiij. Jesus aūt
spū sancto plenus regressus ē a iordane
vt de plenitudine sua nobis effūderet.
Jo. i. De plenitudine eius omnes acce/
pimus. In alijs. n. sanctis fuit plenitu/
do instar vasis: q꞉ habuerunt grām suf
ficientem. In beata virgine plenitudo
instar fontis. q꞉ habuit grām iugit̄ ema
nantē. In xp̄o plenitudo instar flumis:
q꞉ hūit grām omnib⁹ affluentem.

Sermo. liij. ¶ De eodē festo Sermo. iij.

Vocabitur nomē eius hemanuel.
Ysa. vij. Circūcisio fm̄ Berū.
ptinet ad veritatē hūanita/
tis. Nomē vero gloriā indicat maiesta/
tis. Hūit aūt xp̄s quatuor noia ꝓpria ꝛ
quatuor cognomina. ☞ Propria nomia
sūt xp̄s. iesus. filius dei. ꝛ hemanuel.
¶ Primum ergo nomē ei⁹ est Jesus: qđ
iterpretat̄ salus. Ipse eniꝫ saluauit nos
a peccato originali: mortali: ꝛ veniali. iō
dicitur Matthei. i. Ipse enim saluum
faciet populuꝫ suuꝫ a peccatis eorum.
Ad ista tria peccata sanāda christus tri
plex vulnus accepit. scilꝫ vulnus late/
ris vt sanaret originale peccatum: quia
eua de latere viri est formata a qua ori/
ginale incepit. Uulnus manuū vt sana
ret actuale: quia in manib⁹ operatio de
signat̄. Uulnus peduꝫ vt sanaret venia
le: quia per pedes designantur effectus.
¶ Scdm nomen est christus: qui inter/
pretat̄ vnctus. Fuit eniꝫ vnctus a pr̄e
vnctione carismatis. ps̄. Unxit te deus
ꝛc̄. A matre vnctione lachrymatōis scꝫ
in morte. Thobie. x. Flebat igitur eius
mater irremediabilibus lachrymis ꝛc̄.
A magdalena vnctōe deuotōis. Joan.
xij. Maria accepit libraꝫ vnguenti nar
di pistici ꝛc̄. A iudeis vnctiōe sanguinis
Geū. xxxvij. Tulerunt tunicaꝫ eius: ꝛ in
sanguine edi quem occiderāt tinxerunt
¶ Tertiuꝫ nomen ē filius dei. Et ꝙ hoc
nomen sibi cōueniat multis modis ostē
ditur. vt dicit Hyllarius de triplici no/
mine. Luce. i. Filius altissimi vocabit̄.
Natiuitate q꞉ ex eo nō potest nasci nisi
deus. ps̄. Ex vtero ante luciferuꝫ genui
te. Natura: quia eandē cū patre habuit
naturam. Joa. x. Ego ꝛ pater vnum su/
mus. Potestate. Joā. v. Quecūqꝫ pater
fecerit: hec ꝛ filius similit̄ faciet. Profes
sione. q꞉ professio siue ꝓtestatio facta est
a patre de celo. Marci. i. Tu es fili⁹ me
us dilectus. Ab apostolo in mundo.
Matthei. xvi. Tu es christus filius dei
viui. Ab angelis de paradiso. Luce. i.
Hic erit magnus ꝛ filius altissimi voca/
bit̄. A demonibus de inferno. Lu. viij.
Quid mihi ꝛ tibi iesu fili dei summi.
¶ Quartum nomē est hemanuel. quod
interpretatur nobiscum deus. Ipse eim
est nobiscuꝫ generaliter per potentiam
Hebre. i. Portans omnia verbo virtutis
sue: specialiter per gratiam. Matthei.
xviij. vbi sunt duo vel tres congregati i
nomine meo ꝛc̄. Singulariter per natu
re vnioneꝫ. Joan. i. Uerbum caro fa/
ctum est.: ꝛ habitauit in nobis. Sacra/
mentaliter: per sui corporis dimissioneꝫ
Matthei vltimo. Ecce ego vobiscū sum
omnibus diebus ꝛc̄. ¶ Secundo habu
it quattuor cogomina: quaruꝫ primum
traxit a patria. Et sic deus est iesus na/
zarenus qui interpretatur flos. Ipse. n.
floridus fuit ꝛ odoriferus. Juxta illud
Genesis. xxvij. Ecce odor filij mei sicut

odor agri pleni ⁊c̄. Ipse enim tanquaz in agro liliuz cādens in natiuitate. Cāti.ij. Ego flos campi ⁊ liliuz conualliū. Fuit viola liuida in flagellatione. Ysa.liij. Liuore eius sanati sumus. Fuit rosa rubens in passione. Ecclesiastici.xxiiij. Quasi plantatio rose in hierico.

¶ Secunduz cognomē traxit a ꝓuincia. Et dictus est iesus galileus a galilea. Galilea namq3 interpretatur transmigratio. Christus assumpserat mortalitatem quo ad corpus. Passibilitatem quo ad animaz. Multiplicez miseriam: quo ad vtrūq3. ¶ Sed in resurrectione transmigrauit de ipsa mortalitate ad immortalitatem quo ad corpus. De passibilitate ad impassibilitatez quo ad animaz. De miseria ad gloriā quo ad vtrūq3. Leo papa post passionem. Infirmitas in virtutem. Mortalitas in eternitatem. Contumelia in gloriaz. ¶ Tertium cognomē traxit a parentela ⁊ ꝓgenie sua. Et sic dictus est Jesus filius dauid. Inter ceteras virtutes dauid habuit humilitatē ⁊ pietatez ac gratie plenitudinem. Fuit filius dauid non tātuz carne sed morum similitudine. Habuit enim humilitatez. Matthei.xi. Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Pietatem. Luce.xix. Uidens ciuitatez fleuit super illam ⁊c̄. Gratie abūdantiaz. ps. Unxit te deus deus tuus oleo letitie ⁊c̄. ¶ Quartuz cognomen traxit ab ipso euentu. Et sic dictus est Jesus crucifixus. Marci.xvi. Jesum queritis nazarenuz crucifixum. Pulchruz eniz est cognomen quod ostendit eius victoriam ⁊ triumphuz: quia per passionem de demonibus triumphauit. Coll.ij. Expolians principatus ⁊ potestates ⁊c̄. qđ ostendit eius meritum: quia merito passionis gloriaz resurrectionis meruit. Phil. scđo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. quod nobis prebet exemplum: vt si volumus cum eo regnare in celo: studeamus pro ipso pati in mūdo. i. Petri.ij. Christus passus est pro nobis. vobis relinquens exemplum.

¶ Sermo .liiij. ¶ Eodem die

¶ Sermo quartus.

Vocabitur nomē eius magni consilij angelus. sumptum est. Ysaie.ix. Angelus eniz nomē officij: nō creature est. Christus ergo dicit angelus nō quantū ad naturaz: sed quantuz ad officium. ¶ Notanduz autē q̄ christus hūit quattuor nomina officialia: ⁊ quattuor nomina cōia. ¶ Primuz est angelus: qđ sibi competit ab officio nunciādi. Homo quidez afficiebat circa vana. circa carnalia ⁊ terrena. Et vēit christus ⁊ nobis cōtra vana nūciauit eterna. i. Joannis.ij. Hec est ꝓmissio quaz ipse ꝓllicitus ē vitaz eternaz. Contra carnalia annunciauit spūalia. Ephes.i. Benedixit nos in omni benedictione spūali in celestibus in christo. Cōtra carnalia ⁊ terrena annūciauit celestia. Unde quosdā obstinatos reprehēdebat dicens. Joannis.iij. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis ⁊c̄. ¶ Secunduz est magister: qđ nomen sibi competit ab officio docēdi. Docet .n. tres vtiles lectōes. đ quibꝰ dicit Augu. Christus est qui docet audiamus. timeamus ⁊ faciamꝰ. Debemꝰ eiz ipsuz audire sicuti magistruz discipuli. Ysaie.l. Dedit mihi aurē vt audiaz quasi magistruz. Timere sicut dominū serui. Malach.i. Si ego dñs: vbi ē timor meus. Ipsuz honorare: eius precepta faciēdo: sicut patrez filij. Ibidem. Si pater ego sum vbi est honor meus. ¶ Teritus est medicus. qđ nomē sibi competit ab officio sanādi. Homo fuerat infirmatus ex nimia comestione: quādo. s. adaz pomuz vetituz comedit. Eccle.xxxvij. propter crapulaz multi obierūt. Ex corrupto sanguine Ysa.i. Manus vestre sanguine plene sunt. Ex nimia infrigidatione. Hiere.vi. Sicut frigidaz facit cisterna aquaz suaz ⁊c̄. Ex superfluo ⁊ corrupto humore. ps. Corrupti ⁊ abhomiabiles facti sunt ⁊c̄. Primā infirmitatez sanauit per diete obseruatōem. quādo q̄draginta diebus ieiunauit. Secundaz per minutionez: quādo i pedibus ⁊ brachijs perforatus fuit. Tertio per sudorē quādo sanguineum sudorem effudit. ¶ Quarto per amare medicine sumptio-

nez:quādo vinuz myrrhatuz ⁊ fel i cru
ce assumpsit. ¶ Quartuz nomen est ad/
uocatus:quod sibi competit ab officio
aduocādi. Allegat aūt in sua aduoca/
tōne dei innatā misericordiā. Jone.iiij.
Scio q̄ꝛ tu deus es clemēs ⁊ misericors
es ⁊c̄. Hominis multiplicē miseriā. Geñ.
viij. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis
in malū prona sunt ab adolescētia sua.
Et suiipsius sanctificationē exhibitam.
Joā.xvij. Opus cōsumaui qd̄ dedisti mi
hi vt facerē. ¶ Secūdo habuit quatuor
nomina cōmunia vt dicit Jsido. ¶ Pri
muz est eloy.i.deus. Est autē ſm Dama.
idez q̄ currere ⁊ fouere. ardere. ⁊ cōside
rare. Jpse eim in nobis currit:⁊ currere
nos facit per operatōem sollicitā. Ro/
ma.ix. Non ē volētis neqz currentis ⁊c̄.
Fouet dando perseuerātiaz. Phil.ij.
Deus ē qui operat̄ i nobis velle ⁊ perfi/
cere. Ardet dando charitatez ignitam.
Deut.iiij. Deus noster ignis ꝯsumens ē
Considerat per sapiētiā ꝓfundā. Eccl.
xxiij. Oculi dñi mlt̄o plus lucidiores su/
per sole. ¶ Scōm nomē ē adonai.i. do/
minus. Sicut eniz dicit Cyprianus. Do
min⁹ debz habere terrorē. ordinationē.
⁊ amorē. Hiere.x. Quis nō timebit te
o rex gentiū. Debet amari. Matth.xxij.
Diliges dominū deū tuū ex toto corde
tuo. Debz eius ordinatio seruari:q̄ꝛ sa/
piēter ordinat vniuersa. Sap.vij. Jpe sa
piētie dux est ⁊ sapientiuz emendator.
¶ Tertiuz est sabay.i.omnipotēs. q̄uis
autē sit omnipotēs:tria tamē sunt que
nō pōt. Nō eim pōt penitenti veniā de/
negare.ij.Timo.ij. Negare semetipsum
nō pōt. Nec pōt inuito gratiā afferre si
cut Ansel's ait. Nec pōt innocētē puni/
re. Geñ.xix. Festina ⁊ saluare:q̄ꝛ nō pote/
ro facere quicq̄ꝫ donec ingrediaris illic.
¶ Quartuz est helyon:qd̄ est excelsus.
Deus.n.habz excelsuz sapiētie. potētie/
⁊ misericordie. Habet autē hō humile in
firmitatis humane quo ad corp⁹. igno
rātie quo ad animā. ⁊ multiplicis mise
rie quo ad vtrunqz. Deus eniz de excel/
so potentie respicit humile infirmitatis
humane:dando virtutē malo resistēdi.
Phil.iiij. Omnia possuz in eo qui me cō
fortat. De excelso sapiētie respicit humi
le nostre ignorātie:dando lumē cogno/
scendi. Joā.i. Jlluminat omnē homiez
veniētez in hunc munduz. De excelso
misericordie respicit humile nr̄e miserie
dando effectuz miserēdi. ps̄. Quomo/
do misereť pater filioꝝ. Propť ista tria
dr̄ in ps̄. Excelsus dñs ⁊ humilia respi/
cit. Licet eim sit excelsus per potētiā. sa/
pientiā ⁊ misericordiā. respicit tamē hu
milia scilz infirmitatez humanam. igno
rantiaz ⁊ miseriā.

Sermo.lv. ¶ De eodē festo ſmo.v.

Vocatum est nomē ei⁹
iesus. Luce.
ij. Jstud nomē iesus ē glorio
suz sua sublimitate. virtuo/
suz sua ptāte. ⁊ delitiosuz sua suauitate.
¶ Sublimitas eniz eius ondiť Phil.ij.
Deus illuz exaltauit ⁊ dedit illi nomen
qd̄ est sup oē nomē ⁊c̄. Jpsuz quidē no/
mē hz in reuerētia deus. iō dr̄. q̄ꝛ de⁹ ex/
altat illuz. Habet in reuerētia angelus.
vnde dr̄. Ut in nomine iesu omne genu
flectať celestiuz. Habet in reuerētia ⁊ ti/
more diabolus. ideo dr̄. Jnfernoꝝ. Ha/
bet in reuerētia creatura rōnalis. iō dr̄.
Terrestriū. Habet in reuerētia creatura
s. rōnalis. iō dr̄. Et ois lingua ꝯfiteať q̄ꝛ
dñs iesus xp̄s i glīa ē dei pr̄is. ¶ Scōo
ē virtuosuz sua ptāte:cui⁹ verbis notať
Mar.vlt. Jn noie meo demonia eijciēt
⁊c̄. De⁹ quidē volēs īfirmitatē nr̄am sa/
nare. p̄mo radices huius īfirmitatis p
hoc nomē euellit. Aufert ēt radicē sup
bie. iō dr̄. Jn noie meo dmonia eijcient.
Demō.n. ē rex sup oēs filios supbie: vt
dr̄ Job.xli. Aufert ēt radicē auaritie. iō
serpētes tollēt. Auarus.n. instar serpen
tis terrā comedit. Aufert radicē luxu/
rie:iō dr̄. Et si mortiferū quid biberint:
nō eos nocebit ⁊c̄. Luxuria.n. totuz ho/
minē venenat. Juxta illud ꝓuerb.xxiij.
Sicut regulus venena diffundet. Abla
tis radicibus infirmitatis sanātur acci/
dentia que ꝯfuerunt remanere post īfir/
mitatez sicut lāguor ⁊ ponderositas ad
bonū:iō subdiť. Super egros manus i
ponent ⁊ bene hēbūt. deinde tot⁹ hō re
nouatur ⁊ ad statū pristinū ꝑducit. iō se
quiť. Linguis loqueť nouis. ¶ Tertio
est delitiosuz sua suauitate. Delectat nā

q̄z gustū sua dulcedine. Si qs bolum in
ore suo hēret q ex oi pte melle circūdatū
eēt multā dulcedinē sentiret. Istud no/
mē iesus triplici dulcedine ē iuolutū.s.
dulcedine diuinitatis: carnis ꝛ aīe. Iste
eīz tres substātie dulcissime sunt in xp̄o:
qbus nomē iesus ē iuolutū. Et iō suaue
est atq̄z dulcissimū. ¶ Scđo delectat au
ditū p melodie suauitatez. Sonus nāq̄z
melodie ꝯsurgit ex flatu in vas musicū.
Flatus ē diuinitas: vas musicū ē corpus
dn̄icū. Et ex hac duplici natura: diuina
scz ꝛ humana. ꝯsurgit tanq̄ sonus musi
cus hoc nomē iesus: qđ spūalē auditū
delectat. Bern̄. Jesus in ore mel: in aure
melos ꝛ in corde iubilus. ¶ Tertio dele
ctat visuz p speciei amenitatem. Oculus
nō delectat circa colores extremos.s.al/
buz vel nigrū: sed circa medios colores.
Color albus q est visus disgregatiuus ē
ipsa diuinitas: ad cuius aspectum ocu/
lus cordis nō pōt assurgere pre sue lucis
imēsitate. Color niger est humanitas ei⁹
in passiōe eius nimiuz denigrata. Ad cu
ius aspectuz oculus nō pōt assurgē pre
nimia ꝯfusione. Jōq̄z xp̄s qđdā tēpera/
mentuz fecit: ꝛ nomē iesus sibi iponi vo
luit. qđ est q̄si color medius ex albo diui
nitatis ꝛ nigro hūanitatis causatus: cū
sibi ꝯpetat rōne vtriusq̄z nāe. ¶ Quar/
to delectat olfatū pre odoris magnitudi
ne. In xp̄o nāq̄z fuerūt tres spēs aroma
tice.s. balsamū nāe diuine: cinamomuz
deuote aīe ꝛ myrrha carnis mortificate.
Ecc.xxiiij. Sicut cinamomū ꝛ balsamū
aromatizās. Ex his cōsurgit aromatic⁹
scz hoc nomē iesus. qđ est ꝯditum balsa
mo diuinitatis p̄ciose: cinamomo deuo
te anime. ꝛ myrrha carnis mortificate.
¶ Quinto delectat tactuz pre sui molli/
tie ꝛ lenitate. Tactus non delectat circa
dura sz mollia. Nec circa aspa: sz māsue/
ta. Nec circa rigida: sed flexibilia. Olim
deus erat durus ad iferendum iustitiā.
Sap̄.xi. Illos tāq̄ durus rex iterrogās
ꝯdēnasti. Erat rigidus ꝛ inflexibilis ad
veniā. Habebat aspitatē: p seueritatē ni/
miā. Job.xxx. Mutatus es mihi in cru/
delē. Sed mō xp̄s est vnctus. p̄s. Unxit
te deus deus tuus oleo letitie pre cōsor/
tibus tuis ꝛc̄. Et ideo factus est mollis
ad misericordiā: flexibilis ad veniā: mi/
tis ad gratiam.

Sermo.lvi. ¶ De epiphia dn̄i sermo.l.

Ecce magi ab ori
ente venerūt ꝛc̄. Mat.ij. Xp̄s
in hūc mūdū venit: vt regnū
suū recuparet: ꝛ dyabolū iuasorē eijcēt.
Joā.xij. Nūc iudicium ē mūdi: nūc prin
ceps huius mūdi eijciet foras. Et iō mi/
lites sue curie.s. angeli ad ip̄m venerūt:
vt sibi grās agerēt dicētes: Glīa in altis/
simis deo. Deide visitauerūt eū popula
res.s. pastores: vt eius dn̄m recognosce/
rēt. Hodie visitauerūt eū p̄ncipes ꝛ baro
nes vt sibi fidelitatem facerēt ꝛ munera
offerrēt. ideo dr̄: Ecce magi venerūt ꝛc̄.
Circa istos magos tria ponunt. ¶ Prio
eoꝝ sapia. Dicunt.n. magi a sapia. Naz
grece phs: hebraice scriba: latine sapiēs.
p se magus vocat. Eoꝝ aūt sapia in hoc
appet q̄ xp̄z sapiēter q̄siuerūt: ex eo.s. q̄
habuerūt desideriū in q̄rēdo: studiuz in
iterrogādo ꝛ māsuetū aīuz i acqescēdo.
ꝛ q: ista habuerūt: iō xp̄z iuenire merue/
rūt. Magnū.n. desideriū habuerunt: q:
singulis annis sup mōtē victorialē ascē
debāt: ꝛ deū vt stellam a balaā ppha p̄di
ctā eis ostēderet exorabāt. Sap̄.vi. Pre/
occupat q se ꝯcupiscunt vt sese illis p̄or
ondat. ¶ Scđo habuerūt studiū in iter/
rogādo dicētes: Ubi est q nat⁹ est ꝛc̄. In
terrogauerūt eū a sapiētibus.s. legis do
ctoribus. Thob.iiij. Cōsiliū semp a sapiē
te pergre: iō magi vt sapiētes iterroga/
uerunt in hierl'ez vbi erāt scribe ꝛ legis
doctores de re vtili ꝛ necessaria non cu/
riosa. Eccs.vij. Ne dicas qđ putas cause
est q̄ p̄ora tpa meliora fuerūt q̄ nūc sūt
ꝛc̄. Interrogauerūt aīo iueniēdi ꝛ addi
scēdi nō tētādi. Un̄ dr̄ Mat.xxij. Inter/
rogauit eū vnus legis doctor tentās euz
ꝛc̄. ¶ Tertio habuerūt qetuz aīuz acqe/
scēdo. Triplex.n. istructio facta est eis.
Una a celo p stellā: alia ab hoie p ppheō/
tā. tertia a deo p reuelatōez iternā. Acq
rūt ergo stelle eius ducatū sequētes pro
phetie locū q̄rētes: ꝛ ispiratōi diuine ad
herodē nō reuertētes. Sz multi sunt q
istructōib⁹ creaturaꝝ nō acqescūt: cū di
dicat Rom̄.i. Inuisibilia dei a creatura

mũdi per ea que facta sũt intellecta ꝯspi
ciunt: ⁊ verba dei ꝯtẽnũt. Prouer.i. Sa
pientiã atq; doctrinã stulti despiciũt: ⁊
diuinã ĩspiratõẽ extinguũt.i. Thes.v.
Spm̃ nolite extiguẽ. ¶ Scd̃o ponit eo
rũ sollicitudo ⁊ diligẽtia cũ dr̃: Ab orien
te venerũt. Hiero. Voluit aũt deus ꝑmi
tias gẽtiũ vocare potius ab oriẽte q̃ ab
alia regiõe. Ex eo ꝙ regio oriẽtalis erat
odiosa ac imũda ⁊ maledicta. Odiosa q
dẽ erat ex eo ꝙ ibi orta erat ꝑma ꝓuari
catio. Voluit ergo dñs vt vbi fuerat ꝑn
cipiũ nr̃e preuaricatõis: inde ꝓdiret in
gẽtibus ꝑncipiũ nr̃e viuificatõis. Hinc ẽ
ꝙ dñs in cruce positus dorsum hũit ver
sus oriẽtez: vt ait Dam̃.li.iiij. Ad signifi
cãdũ ꝙ culpã ibi ꝯtractã post dorsũz po
suerat: nec vlterius ipsi⁹ recordari vole
bat. ¶ Scd̃o erat imũda: q: fuit ꝑma ef
fusiõe sanguis.s. abel fedata. ⁊ ꝑ fumuz
icẽsoꝝ idolatriaꝝ maculata. Et iõ volu
it deus vt q̃ imũda fuerat ꝑ effusionem
sanguis: mundaret ꝑ appitionẽ noui sy
deris. Hinc est ꝙ dñs in celũ ascẽdẽs ad
oriẽtez ascẽdit. Juxta illõ ps. Quis ascẽ
dit sup celũ celi ad oriẽtẽ vt ꝑ sacrã ascẽ
sionẽ sui corpis mundaret ĩfectio aeris.
¶ Tertio erat maledicta: q: prima male
dictio ibi fuit data qñ dixit Geñ.iij. Ma
ledicta terra in ope tuo. Voluit igit de⁹
vt vbi ortuz hũit maledictio ꝑma ibi ori
ret gẽtibus ꝑma bñdictio. Hinc est ꝙ lz
iudei adorẽt ad occidẽtez. Saraceni ad
meridiẽ. Xpiani ad oriẽtez ex eo ꝙ ꝑma
bñdictio grẽ inde venit. Sap.xvi. Opor
tet ꝓuenire solez ad bñdictõem tuaz ⁊c̃.
¶ Tertio ponit aduẽtus ipsoꝝ cã moti
ua cũ dr̃. Vidim⁹.n. stellã eius in oriẽte.
¶ Circa qđ notãdũ ꝙ ꝑ q̃ttuor ad veniẽ
dũ moti sũt. ¶ Primo ꝑ stellã appentẽ.
Videbãt.n. ipsam ab aliis differre situ:
q: nõ erat in firmamento cũ fixis. Nec in
ethere cũ ceteris planetis: sz in aere vici
na terre. In motu: q: s̄m Dam̃. qñq; mo
uebat ab oriẽte i occidẽtez. qñq; ex aqlo
ne i austrũ. ⁊ qñq; ab oriẽte in meridiẽ: ⁊
a meridie i aqlonẽ. Sic eiz s̄m Chry. Ja
cet palestina respectu ꝑsidis i luce: q: lu
cez suã nõ poterat solis claritas obum
brare. In illuminatõis tpe: q: nõ solũ in
nocte sed ẽt in die lucebat. In illumi
nationis interpolatõe: q: qñq; occulta
bat: ⁊ qñq; apparebat cum alie stelle nõ
occultent nisi per extrinsecũ ĩpedimen
tũ. ¶ Scd̃o moti sũt ad veniẽdũ ꝑ ãgelũ
ĩperantẽ. Augu. in sermone: Si victur⁹
es. A qbus magi audierũt ꝙ talis stella
pueruz tantũ significaret: ꝑfecto ab an
gelis aliqua monitõe reuelatõis. ⁊ sub
dit: Potuerũt illis angeli dicere. Ite ⁊
adorate eũ vbi natus ẽ ⁊ simul iudicate
qualis: quãtusq; ⁊ q natus sit. ¶ Tertio
moti sunt ad veniendũ per pueruz allo
quentẽ. Nã sicut refert Chrys. magis su
pra montẽ existẽtibus stella hñs formaz
pueri paruuli in cuius capite erat crux
ad eos descendit. eisq; dixit vt in iudeaz
ꝑgerent: ⁊ ibi natum puerũ inuenirent.
¶ Quarto moti sunt ad veniẽdũ per di
uinã ĩspiratõez reuelãtẽ: vnde dicit Leo
Preter illã stelle speciẽ que corporeũ ici
tauit obtulit cũ fulgẽtior veritatis radi
us eoꝝ corda perdocuit: Berñ. Profe
cto q magos adduxit ipse ⁊ istruxit. ⁊ q
per stellaz foris amouit: ipse in occulto
corda edocuit. Isti sũt quattuor nun̄cij
per quos xp̃s nos ad se vocat. s. per pre
dicatoꝝ ĩstructõem. isti sunt angeli dei.
Per sue gratie oblatõez. ista ẽ stella dei.
Per iteriorez admonitõez. ista est ĩspira
tio dei. sue passionis memoratõez. ista si
gnificat per puerũ dei q in capite cru
cez gerebat. sed tamẽ multi sũt adeo ob
stinati ꝙ ad ipsuz venire ꝯtẽnunt. vnde
ait Prouer.i. Vocaui ꝑ eos nũcios am
monẽdo ⁊ renuistis. Extẽdi manũ meã
scz in cruce: ⁊ nõ fuit q aspiceret. Despe
xistis omne ꝯsiliũ meũ.i. ĩspiratõez meã
⁊ icrepatõez meã neglexistis. idest grãz
que vestra vitia arguebat.

Sermo.lviij. ¶ Eodez die Sermo.ij.

O Ece magi ab ori
ente venerũt ⁊c̃. Aduent⁹ ma
gorum describit quãtum ad
tria. ¶ Primo quãtuz ad locũ cũ dr̃: Ab
oriente venerũt ⁊c̃. In oriẽte qdez ortuz
habuit peccatũ inuidie: q: cayn ex inuidia
occidit abel fratrẽ suuz. Peccatũ auari
tie: q: cum cayn deberet offerre munera
spicas corrosas sibi obtulit. Ibi ẽt ortuz
habuit cõfusio ligue. Sed isti bti magi

in oriēte geniti ɔtra vitiū inuidie habue
rūt mutuā charitatē: q2 ɔcorditer ⁊ ami
cabil'r venerūt. ſm tñ eccleſie repreſenta
tionez. Unus erat adoleſcēs. alius vir.
tertius ſenex. Adoleſcētes eīm ɔſueue-
rūt eē temerarij ⁊ p̄ſumptuoſi. Uiri ve-
ro ſupbi ⁊ ābitioſi. Senes iracūdi ⁊ aua
ri ac ſupſtitioſi. Fuit ergo mir͛ q̄ iſti in
qbus erat tāta mor͛ diuerſitas: ſic pacifi
ce venerūt. Yſa. xi. Uitulus leo ⁊ ouis ſi
mul morabunt: ⁊ puer puulus minabit
eos. Per vitulū ſignificat adoleſcēs la-
ſciuus. Per leonē vir ſupbus. Per ouē
q̄ h3 anhelitū fetiduz ⁊ paucitatē dētiū
ſenex itelligit. Iſti ɔcorditer morati fue
runt: ⁊ puer puulus in cunabulis exñs
eos ad ſe benigne minauit. ¶ Scđo con
tra pctm̄ auaritie habuerūt liberalitatē
Un̄ dr̄: Aptis theſauris ſuis ⁊c̄. Nō eīm
eos apuerunt herodi diuiti: ſ3 xp̄o pau-
peri. nec in via: ſed cū ad xp̄m puenerūt
q2 nō ſunt aliq̄ dāda pp̄ter appentiā ſ3
pp̄ter laudē dei ſeu diuinā. Nec ōderūt
vilia: ſed p̄cioſa: q2 theſauros. ¶ Tertio
ɔtra ɔfuſionē lingue: hūerunt ligue vni
formitatē. Nō enim variauerūt: ſed vna
⁊ ɔcordi lingua dixerūt: venimus adora
re euz. Et tñ multa īpedimēta retrahen
tia eis occurrerūt ne ip̄m quererent vel
adorarēt. ſ. difficultas itineris: amiſſio
ſyderis: timor regis: vilitas naſcentis:
paupertas ⁊ penuria mr̄is. ¶ Scđo de-
ſcribit aduentus magor͛ quātuz ad du
catū cum dr̄: Uidimus enim ſtellaz eius
Uoluit autez dñs natiuitatē ſuā potius
per ſtellaz q̄ per aliaz creaturā reuelare
Et hoc ex triplici ratōe. ¶ Primo vt in-
carnatōis myſteriū oſtēderet: Stella. n.
eſt corpus celeſte a luce ſolis irradiatū.
lux ſolis eſt diuinitas que tūc corpus ir-
radiauit qū ſe carni vniuit. Et quoniaz
ſolez nō poſſumus in ſe reſpicere: vide-
mus eius lucē in ſydere in nube ⁊ in mō
te. Lux igit diuinitatis corpori ſe veniēs
a nobis videt tanq̄ i ſydere. Apoc. xxij.
Ego ſuz radix dauid ſtella cādida ⁊ ma
tutina: tanq̄ in nube. Yſa. xix. Aſcendit
dñs ſup leuē nubez. ſ. ſup carnē a pecca
ti pōdere imunē tanq̄ in monte. Yſa. ij.
Erit in nouiſſimis diebus p̄parat⁹ mōs
domus dñi. ¶ Scđa rō eſt vt lingua celi
ſibi teſtimoniū phiberet. Eſt ei3 quadru
plex ligua. ſ. diuina: angelica: humana
⁊ celeſtis. Locuta igit fuit lingua diuia
dicēs p̄s. Filius meus es tu: ego ⁊c̄. Lin
gua autē angelica cū dixit Luce. ij. Nat⁹
eſt vobis hodie ſaluator. Et lingua hu-
mana dicēs. Augu. Quid erat illa ſtella
niſi mirifica ligua celi que narraret glo
riā dei. ¶ Tertia ratio eſt vt magos per
ſenſibilia ad diuina manuduceret. Na3
ſm Dionyſiū triplex eſt ordo aſcendēdi
in deū. ſ. per ſenſibiliū manuductōez. p
itellectualiū operatōez ⁊ per imediataz
vnionē. Magi ergo primo vſi ſunt ſenſi
bili ſtella. deinde itellectuali ⁊ ſpūali p
phetia. Tandez imediate xp̄i preſentia.
¶ Tertio deſcribit cor͛ aduētus quātū
ad finē itentū cū dr̄: Et venim⁹ adorare.
Adorauerūt ip̄m corde: q2 verā de ipſo fi
dez habuerūt. Ore: q2 ipſuz regē deum ⁊
hoiem ɔfeſſi fuerūt. Corpore: q2 ante ip-
ſuz ſe pſtrauerunt. Et opere: q2 precioſa
munera ſibi obtulerunt.

Sermo. lviij. ¶ De eodē feſto ſmo. iij.

Uidimus ſtellam
eius in oriēte ⁊c̄. De iſta ſtel-
la qnq3 legunt. ¶ Primū eſt
ei⁹ appitio: q2 magis i oriēte appuit. No
tādū aūt q̄ i xp̄i natiuitate q̄dā ſtella ap
paruit in aere ſicut iſta de q̄ dr̄ hic. Que
non erat in firmamēto cum fixis: nec in
ethere cū planetis: ſed in aere proxima
terre. Quedā apparuit i mōte: q2 ſ3 nar
ratōez Chryſo. Magis in mōte exñtib⁹
quedā ſtella in forma pueri ad eos deſcē
dit. quedā appuit i circulo aureo ſ3 nar
ratōez Horologij ⁊ Innocētij. ¶ Quedā
apparuit in celo: q2 ſicut refert Albuma
ſar. quedaz puella in celo apparuit que
puerū in vlnis tenebat. ⁊ ſenex iuxta ea3
erat qui eā nō tāgebat. quē puer͛ xp̄iani
vt idē ait deū ſuū eſſe dicūt. Per ſtellam
ergo gr̄a dei ſignificat que apparuit in
aere: in mōte: in circulo ⁊ in celo. Aer. n.
eſt medius iter celū ⁊ terrā p quē ſignifi
cant illi q nec in celū aſcendunt per ſu
perbiā ⁊ preſumptionē. neq3 deſcēdunt
in ifernū per nimiuz iordinatū timorē.
⁊ ſtant in medio per ſpem ⁊ dei amorez.
Et in talibus gratia dei apparet. Ezech.

viij. Eleuauit me spūs inter celuz ⁊ ter/
raz. Et ad hoc significādū homo factus
est medius: fecerat deus creaturā corpo
ralē ⁊ ipsā z i terrā ꝓstrauit. Fecerat pu/
re spūalē que se nimis eleuauit. Ideoqꝫ
fecit hoīem ex vtraqꝫ natura ꝯpositum
scz corporalē ⁊ spūalez: ne aut nimis ele
uet per presumptōem. aut nimis se deij/
ciat per timorē: sed in medio maneat ꝑ
speın ⁊ dei amorē. ¶ Scdo apparuit stel
la. i. diuina grā in monte. i. multis san/
ctis qui sunt eleuati per vite ꝑfectōem.
Prouer. xiiij. Justitia eleuat gentē. Ma
gni per iustificatōez. Roma. viij. Quos
aūt iustificauit hos ⁊ magnificauit. Et
ꝯspicui per exēpli exhibitōem. Mat. v.
Nō pōt ciuitas abscōdi supra montē po
sita. ¶ Tertio apparet in circulo. forma
circularis est pulchra: simpla ⁊ ampla.
Illi ergo sunt forma circularis ꝗ sunt
pulchri per puritatē: simplices ꝑ rectaz
itentionē: ⁊ lati per charitatē. ¶ Quar/
to apparuit in celo. i. in his ꝗ sunt cele/
stes ꝑ ꝯuersatōez. de quoꝝ numero erat
apl's qui dicebat Philip. iij. Nostra con
uersatio in celis est. ¶ Secūdum qō de
ista stella legit est eius occultatio. Fuit
eniz ad tēpus occultata ex diuina pro/
uidentia vt ipsi hierusalē cogerent in/
trare: ⁊ a doctoribus ingrere: vt sic i ore
duorū vel triuz staret omne verbū. Pri/
mus testis fuit apparēs stella. Secūdus
isinuata ꝓphetia. Tertius reuelatio di
uina cuz dicit: Respōso accepto in som/
nis. Isti autē tres nō potuerūt fallere ne
qꝫ falli: scz nec stella: qr ad hoc a deo fue
rat missa. nec ꝓphetia: qr ab incōmuta/
bili veritate fuerat ispirata. nec reuela/
tio diuina: qr imediate a deo fuerat infu
sa. ¶ Notāduz autē ꝙ hec stella in orien
te ⁊ occidēte: idest rome fuerat visa. in
medio occultata est: idest in hierusalem
que in medio terre habitabilis dicit esse
sita. Oriēs ⁊ occidēs signāt natiuitatē ⁊
mortez: mediū autē vitam. Cōsideratio
autē natiuitatis est causa humilitatis.
Humilitas aūt est itroductiua gratie. i.
Petri. v. Humilibus autē dat gratiā. Cō
sideratio autē mortis est causa timoris.
Timor autē est expulsiuus culpe. Ecc. i.
Timor domini expellit peccatū. Cōside/
ratio autez lōgioris vite est causa super/
bie ⁊ vane fiducie. Job. xv. Cūctis die/
bus suis ipius supbit. ⁊ numer⁹ annoꝝ
⁊c. Et sic patet ꝙ i oriēte ⁊ occidēte idest
in cōsideratōe natiuitatis ⁊ mortis stel/
la: idest dei grā ifundit: in consideratōe
medij occultat. ¶ Tertiū qō de ista stel/
la legit est eius antecessio. vnde dicitur
Antecedebat eos. Habuerūt enim magi
tres ductores: scilz stellā: virtutē angeli/
caz ⁊ spūs sancti presentiā. Unde etiam
vt narrat Remigius. Quidā dixerūt ip
sam stellā fuisse angeluz. Alij spūm san
ctū: qui in specie stelle apparuit. Qui er
go vult ad xp̄m ire oportet ꝙ ducatur a
discretiōe bene illuminātē. ⁊ iste est du/
ctor sydereus. Prouerb. iiij. Palpebre
tue precedāt gressus tuos. A timore filia
li bene humiliātē. Et iste ē ductor ange/
licus. Sicut eniz angelus datus est ho/
mini ad custodiā: sic timor custodit. Ec
cle. xxvij. Si nō in timore dn̄i tenueris
te: statiz subuertet dom⁹ tua. Et ab amo
re dei bene inflāmātē. ⁊ iste est ductor di
uinus: scilz ipsa charitas. i. Corinth. xij.
Adhuc excellentiorē viaz vobis demō/
stro ⁊c. Mali autē ducunt ab errore ma
le excecātē. Sapiētie. ij. Excecauit eos
malitia eorū. A timore seruili male hu/
miliātē. ps. Ibi trepidauerūt timore vbi
nō erat timor. Ab amore carnali male
inflāmātē. ps. Supcecidit ignis ⁊ nō vi/
derūt solez. ¶ Quartū quod de ista stel
la legit est eius motio cū dicit. Usqꝫ dū
veniēs. Certe stelle mouētur motu circu
lari. veloci: proprio ⁊ violēto: Mot⁹ au
tez huius stelle nō fuit circularis vel spe
ricus: sed quasi linealis ⁊ rectus. ſm Ba
ma. Nec fuit velox nec rapidus: sed dul
cis ⁊ tēperatus. Augu. Ut xp̄o stella ple
nuz reddat obsequiū: tēperat gradum:
donec magos ducat ad puerū. Nec fuit
violētus vel ꝓprius: sed a diuina proui
dētia ordinatus. Chryso. Cū oportebat
ire magos ibat: quādo autē stare oporte
bat stabat. Nos etiā non debemus mo/
ueri motu circulari per amorē munda/
num: quia in circuitu ipij ambulāt: sed
motu recto per amorez diuinū. Cant. i.
Recti diligunt te. Nec motu rapido per
indiscretū feruorē: sed cum tēperamēto

per discretionẽ. Prouer.xiij. Substãtia
festinata minuet ⁊c̃. Nec motu ꝓprio sꝫ
a deo ordinato:q: nõ debemus sequi ꝓ-
priũ sensum:sꝫ dei beneplacituꝫ. Eccle.
xviij. Post cõcupiscentias tuas ne eas.
¶ Quintũ.ꝙ de ista stella legit est eius
statio:cũ dr:Staret supra. Gratia eiꝫ dei
ꝑ stellaꝫ significata animã stabileꝫ facit.
¶ Primo:q: cõiungit eaꝫ vni non diui-
so scꝫ deo. Ysa:li. Unum vocaui euꝫ: ps:
Unaꝫ petij a dño hanc requirã. ¶ Secũ
do stabili:⁊ eterno. Augu.in lib:cõfessio
nũ. Reddite preuaricatores ad cor ⁊ ihe
rete illi qui fecit vos: state in eo ⁊ stabi-
tis. Requiescite in eo: et securi eritis.
¶ Tertio vniuersalr ꝑfecto. Matth. v:
Estote perfecti sicut ⁊ pater vester cele-
stis perfectus ẽ. ¶ Quarto fini vltimo.
Augu.de ciuitate dei. Ipse ẽ finis desi de
riorum nr̃orum qui sine fine videbit. si-
ne fastidio amabit. sine fatigatione lau-
dabitur.

Sermo.lix. ¶ Eodeꝫ die. Sermo quar
tus.

Ecce stella quaꝫ
viderant magi in oriẽte ante
cedebat eos ⁊c̃. Stella ista ad
tria fuit a deo missa.s.vt esset xp̃o in obse
quium.vt esset magis in ducatuꝫ.vt esset
ipsis ⁊ nobis in gaudiũ. Fuit nãqꝫ xp̃o i
obsequiũ non in fatuꝫ.vñ dr:Usqꝫ dum
veniẽs staret supra vbi erat puer. Fulgẽ-
tius. Christo stella prebuit obsequiũ non
iperiũ. Aug. Non iõ xp̃s ẽ nat⁹ q: illa stel
la extitit:sꝫ illa extitit q: xp̃s ẽ nat⁹: Uñ
si dici oporteret nõ stellã xp̃o:sed christũ
stelle factum fuisse diceremus. Gre. Duꝫ
nõ puer ad stellaꝫ:sed stella ad puerum
cucurrit.si dici licuit.nõ stella:fatũ pue
ri:si fatum stelle his que apparuit puer
fuit. Cõstellationes eim vel signa sub q-
bus aliqui nascunt necessitatẽ inferre ñ
ꝑñt:q: nati sub eodeꝫ signo sunt sepe di-
uersorum morum.diuersoꝝ officiorũ.di-
uersarũ cõditionũ.ꝙ eim sunt diuerso-
rum moꝝ dicit Grego.in omel. Cuꝫ vno
tempore eodẽqꝫ pene momẽto Jacob ⁊
Esau mater fuderit nõ vna vtriusqꝫ vi-
te qualitas fuit.ꝙ sunt diuersoꝝ officio
rum.dicit ideꝫ:Fateri etiã mathematici

solent ꝙ quisquis in aquarij signo nasci
tur:piscatoris misteriũ sortiat. Piscato
res officiũ vt fert Bethulia nõ hꝫ. Rur-
sus quos sub signo libre nasci asserunt.
Trapezetas futuros dicũt. Et trapeze-
tas multarũ gẽtiuꝫ ꝓuincie ignorãt. ꝙ
vero sunt diuersarũ cõditionũ. dic̃ ideꝫ
Gre. In ꝑsarũ frãcoꝝqꝫ terra reges ex ge
nere ꝓdeunt.quibus ꝑfecto nascẽtibus
quis estimet quanti eisdem momentis
horarũ ac tẽporibus ex seruili cõditõne
nascunt. ⁊ tñ regũ filij vno eodẽqꝫ syde
re ⁊ syderũ eodẽ momento cũ seruis na-
ti ad regnuꝫ ꝓficiũt cũ serui qui secum
fuerũt geniti in seruitute moriãt. ¶ Se
cũdo stella fuit magis in ducatu: qđ no
tat cuꝫ dr:Antecedebat eos. Circa quod
notãduꝫ ꝙ dum filij israel in terrã ꝓmis
sionis ꝑgerent quattuor habuerunt du-
ctores scꝫ colũnaꝫ nubis per diem: ⁊ co
lũnam ignis ꝑ nocteꝫ.angelicaꝫ custodi
am. Exo.xxiij. Ecce ego mitto angelum
meũ qui p̃cedet te ⁊c̃: Et diuinam p̃sidẽ-
tiã. Exod:xxiij.vbi cũ diceret deo moy-
ses. Si nõ tuipse p̃cedas ne educas nos
de loco isto:ait dñs. Et verbuꝫ istud ꝙ
locutus es faciã scꝫ te p̃cedaꝫ: Magi si-
militer eũtes ad xp̃m habuerũt colũnaꝫ
igneã.i.stellã fulgidaꝫ.ysa.lx. Ambula-
bunt gẽtes in lumine tuo ⁊c̃. Habuerũt
colũnaꝫ nubis.i.ꝓphetiaꝫ qua dictum
fuit: Et tu bethleẽ terra iuda ⁊c̃. Et dici
tur ꝓphetia nubes:ꝓpter obscuritateꝫ.
ps. Tenebrosa aqua in nubib⁹ aeris. i.
obscura itelligẽtia in ꝓphetis. Habue-
runt ãgelicũ ministeriũ: q: fm beatum
Aug. Angeli eis apparẽtes dixerũt ꝙ il
la stella natuꝫ xp̃m significabat. ⁊ ꝙ i iu
deã ꝑgerent:⁊ natũ pueꝝ inuenirẽt. Ha
buerũt diuinũ p̃sidiũ:qđ eos ab oib⁹ pe
riculis cõseruauit. Uñ dr. Rñso accepto
in somnis.s.a deo ne redirẽt ad herodẽ
⁊c̃. Si ergo ad xp̃m volumus ꝑgere ne-
cesse ẽ vt hos quattuor ductores habea-
mus.s.colũnaꝫ ignis.i.spũm sanctũ di-
rigentẽ.ps. Spũs tuus bonus deducet
me in terraꝫ rectã ⁊c̃. Colũnam nubis.i.
sermonẽ diuinũ refrigerãtẽ. Eccl.xviij.
Nõne ardorẽ refrigerabit ros. Sic ⁊ ver
bũ eius melius ꝙ datũ. Angelũ dei cu-
stodiẽtẽ.ps. Angelis suis mãdauit đ te.

⁊c̃. Et deũ in oibꝰ cõseruatẽ. Deut.i. Dñs
deus q ductor ẽ vester ꝑ vobis ipẽ pugna
bit. ¶ Tertio stella fuit magis ⁊ nobis
i gaudiũ. Vñ dr̃: Gauisi sunt gaudio ma
gno valde. Ipi quidẽ de quattuor gau/
diũ hñerũt. s. de sua pacifica deductiõe:
⁊ iõ gauisi sunt. De sua icolumi ꝑuẽtõe.
de sua ab herode fallaci euasiõe. De stel
le recupatiõe. iõ gaudio magno. Et de
pueri inuẽtõe: iõ magno valde ꝑ De his
quattuor: viri scti debẽt vtiqꝫ gaudere.
¶ Prio: qꝛ sine labe pcti: ⁊ corruptiõis:
ad patriaꝫ celestẽ ꝑuenerũt. ysa. lv. In le
titia egrediemini: ⁊ in pace deducemini
Primo ẽt gaudet. Luc. lv. Frater tuꝰ ve/
nit: ⁊ occidit pr̃ tuus vitulũ saginatuꝫ:
qꝛ sanũ eũ recepit. ¶ Scdo qñ de diabo
li ptãte fugiũt: iõ ipẽ liberatus deũ lau/
dat dicẽs. Eccl. li. Cõfitebor tibi dñe rex
⁊ collaudabo te deũ saluatoreꝫ meũ ⁊c̃.
Gaudẽs se liberatũ ð faucibus leonis su
perbie. De seruitute auaritie: ⁊ de ꝑssu/
ra flãme luxurie. ¶ Tertio qñ gratiam
amissaꝫ recupant. De hoc eim ipẽ gau/
det. Vñ dicebat ꝓpheta: Redde mihi le
titiã salutaris tui. Deus gaudet vt Luc.
xv. Epulari ⁊ gaudere oportebat ⁊c̃. Et
angelis gaudet, ibidẽ: Gaudiũ ẽ ange/
lis dei sup vno petõre penitẽtiam agẽte.
¶ Quarto qñ post illud exiliũ iesuꝫ in/
uenire se spant. Abachuc. iij. Exultabo i
deo iesu meo. ꝑs. Adimplebis me letitia
cum vultu tuo.

Sermo.lx. ¶ De eodeꝫ. Sermo.v.

ET intrantes do
mũ iuenerũt puerũ cũ maria
mr̃e eius ⁊c̃. Isti beati magi
quattuor fecisse legũt. ꝑ Ipsi eiꝫ christũ
iuenerũt. iuẽtũ adorauerũt. adoratũ ho
norauerũt. honoratũ custodierũt. ¶ In
uenerũt igit: iõ dr̃: Intrãtes domũ inue/
nerũt puerũ. Iõ aũt inuenerũt: qꝛ ipsum
quesierũt. eo studio. eo mõ. eo ordine: ⁊
eo fine quo debuerũt. ꝑ Studiũ aũt ipo/
rũ fuit in pscrutãdo: qꝛ scripturas Ba/
laam qui de hac stella ꝓphetauerat dili
gẽter scrutati fuerũt. Io. v. Scrutamini
scripturas ⁊c̃. In vigilando: qꝛ sup mõ/
tem victorialẽ vigilabat. Prouerb. viij.
Qui mane vigilauerint ad me inuenient
me. In orãdo. qꝛ ꝑ illius stelle apparitõ
ne semp deũ orabãt. Mat. xi. Oia queeũ/
qꝫ orãtes petitis ⁊c̃. ꝑ Secũdo quesie/
runt eo mõ quo debuerũt scꝫ fortiter vt
nec labore itineris. nec turbatiõe regis.
nec amissiõe syderis frangerẽtur. Sapi
enter vt herodis astutia non deciperent
Dulciter: vt eius ꝓmissiõibus blandis
non allicerent. ¶ Tertio quesierũt eo or
dine eũ: quo ordine querere debuerunt.
Quia prio quesierũt eũ per rẽ sensibileꝫ
i. stellaꝫ. Deinde per rẽ rõnalẽ. i. ꝓphe/
tam. Tandẽ ꝑ rem supintellectualẽ. i. re
uelationẽ diuinaꝫ. Si igitur ⁊ nos ipm
querere volumus icipiamus ab infimo
humilitatis. Deide pergamus ad medi
um virtutis. Vltimo ꝑueniamus ad sũ/
mũ cõtemplatõis vt possimus dicere. ij.
Cor. iij. Nos aũt reuelata facie gloriam
dei speculãtes ⁊c̃. ꝑ Quarto quesierunt
cũ eo fine quo debuerũt: vt. s. ipm hono/
rarent ꝓstratõe corporis. adorarẽt deuo
tione mentis. dotarẽt largitõe muneris
Et sic pꝫ ꝙ sibi obtulerũt quicqd habue
runt. s. corpus: cuꝫ dr̃: Procidẽtes. Aiaꝫ
cũ dr̃: Adorauerũt. Res ẽt tẽporales: cũ
dr̃: Et apertis thesauris suis ⁊c̃. ¶ Secũ
do inuẽtum adorauerũt. qð notat: cum
dr̃: Et ꝓcidentes adorauerũt eũ. Adora/
uerunt ergo ipm adoratõe latrie: que est
cultus soli deo debitus. Que habet fie/
ri quinqꝫ modis. s. mẽtalr: que ꝓm Au/
gu. cõsistit in dei cognitõe. dilectõe. ⁊ de
bita subiectõe. Et istã beati magi cogno
uerunt ⁊ habuerũt: qꝛ deũ cognouerunt
⁊ dulciter amauerũt ⁊ se sibi humiliter
subiecerũt. ¶ Secũdo habꝫ fieri vocalr
scꝫ orãdo: laudãdo: ⁊ gratias agẽdo. Et
isto modo bti magi adorasse credẽdi sũt
ꝑ Tertio habꝫ fieri realiter in nostrarũ
reꝝ oblatõe. Et isti thesauros suos obtu
lerunt. ꝑ Quarto habꝫ fieri psonaliter
sicut in genuflexiõe ⁊ ꝓstratõe. Et isti in
terra se ꝓstrauerunt. ꝑ Quinto habet
fieri sacramẽtalr: vt in sacrificij imola/
tione. Et isti sibi munera obtulerunt.
¶ Tertio adoratũ honorauerũt. ⁊ hoc ꝑ
munera que sibi obtulerũt. Nã quadru
plex munus sibi obtulerũt. s. munꝰ a cor
de: qꝛ in eũ fideliter crediderũt. Munus
ab ore: qꝛ ipsum veꝝ deũ ⁊ hoiem cõfessi

fuerunt. Munus a manu q: sibi mune/
ra obtulerunt. Munus ab obsequio:
q: ante eū se ꝓstrauerunt. Istud quadru
plex munus ⁊ nos debemus offerre deo
⁊ ꝓximo. Deo debemus offerre munus
a corde quod ē munus oratōis. ij. Regū.
vij. Inuenit seruus tu⁹ cor suū: vt ado/
raret te oratōe hac. Munus ab ore qḋ
ē munus laudatiōis. ps̄. Sacrificiū lau/
dis honorificabit me. Munus a manu:
qḋ ē mun⁹ bone opatōis. Eccl's. ix. Qḋ/
cūqꝫ potest manus tua instāter operare
⁊c̄. Munus ab obsequio: qḋ est exhibi/
tio seruitij ꝑsonalis. Eccl. xlv. Bonuꝫ ē
obsequi sancto deo. Istḋ ēt quadruplex
munus debemus offerre ꝓximo scꝫ mu/
nus a corde per cōpassionē. Ysa. lviij.
Cuꝫ effuderis esuriēti animā tuaꝫ. Mu
nus ab ore ꝑ correptionē. Matth. xviij.
Si peccauerit in te frater tuus ⁊c̄. Mu
nus a manu ꝑ subministratōeꝫ. Eccli. vij.
Pauperi porrige manū tuaꝫ. Mun⁹ ab
obsequio ꝑ corporalis obsequij exhibi/
tionē. Gal. vi. Alter alterius onera por/
tate ⁊c̄. ¶ Quarto magi honoratuꝫ cu/
stodierūt: q: herodi ip̄m non ꝑdiderūt.
Herodes nāqꝫ habebat turbationē i cor
de. vnde dr̄: Iratus ē valde. Astutiaꝫ in
opere. q: a iudeis locuꝫ ⁊ a magis didi/
cit. ps̄. Et religionē simulataꝫ in ore. vn
de dixit: Ut ⁊ ego veniens adorē eum.
Magi aūt ista nō cognouerūt ꝓpt̄ tres
causas. vt dicit Chryso. scꝫ ꝓpter eoruꝫ
bonitateꝫ ⁊ simplicitatē. s̄m quam cete/
ros existimabāt: ꝓpter regiaꝫ dignita/
tem: q: non poterāt suspicari ꝙ tantus
rex cōtra vnuꝫ puerū talia cogitaret. Et
ꝓpter pueri maiestatē: q: nō poterāt opi
nari ꝙ tam admirabili puero insidias
moliri auderet. Cōtra tamē eius mali/
tiam: astutiaꝫ: ⁊ religionē simulatā tri/
plex remediuꝫ habuerūt. ¶ Primuꝫ est
ip̄m suffragiū orationis deuote. vnde dr̄
Responso accepto in somnis. Glosa. Si/
cut ip̄e moyses tacens clamabat. sic ⁊ iu
sti. ¶ Secūdū est beneficiū inspiratiōis
diuine. q: ipse deus malitiaꝫ herodis eis
intimauit. Et quid ipsi facere debeāt re/
uelauit scꝫ ne redirent ad herodē. ¶ Ter
tium ē ꝓmptitudo obedientie: q: mox di
uine inspiratōi obedierūt: q: per aliā vi
am reuersi sunt in regioneꝫ suam.

Sermo. lxi. ¶ De eodē. Sermo. vi.

Apertis thesau
ris suis obtulerūt ei mūera.
Ista munera fuerūt mystice
significatiua. ¶ Quia per aurū intelligi
tur diuina dilectio. ꝑ thus deuota oratō.
per myrrhaꝫ carnis mortificatio. que
oīa deo offerre debemus. ¶ Significat̄
autē dilectio ꝑ aurū: q: auruꝫ ē ꝑciosuꝫ
cuius ꝑciositas causat̄ ex tribus scꝫ ex
charitate: durabilitate: ⁊ vtilitate. ¶ Est
eim rarū: iō preciosum. Hiero. Oē quod
rarū ē magis appetit̄. Pulegium apud
indos ꝑciosus ē ꝙ̄ aurū. Est igit̄ chari/
tas ꝑciosa q: rara. dr̄ Phil. ij. Omnes q̄
sua sunt querūt. Et dr̄. i. Cor. xiij. Chari
tas nō querit que sua sūt. Ex quo sequit̄
ꝙ nullus. i. valde pauci charitatē hn̄t.
¶ Secūdo aurū ē durabile: sic ⁊ ipsa di/
lectio ē durabilis ⁊ imortalis. i. Corint.
xiij. Charitas nūquam excidit. Excidit
lingua ⁊ succedit cordiū ꝑfecta cognitō
Excidit fides ⁊ succedit apta visio. Exci
dit spes ⁊ succedit ꝑn̄tial' possessio. Cha
ritas non aūt excidit: q: ea nihil melius
qḋ succedere sibi possit. ¶ Tertio aurum
ē vtile: q: cor cōfortat: letificat: ⁊ in iuuē
tute cōseruat. Sic charitas hꝫ cor cōfor
tare: cōseruare: ⁊ fortificare. Canti. viij.
Fortis ē vt mors dilectio. Habet letifica
re. Uñ ipse apl's vocat eaꝫ solatiū dicēs
ad Phil. ij. Si qua cōsolatio in xp̄o. si
qḋ solaciū charitatis ⁊c̄. Habet vero in
iuuētute cōseruare: ⁊ facit de sene iuue/
nem. ps̄. Renouabit̄ vt aquile iuuentus
tua. ⁊ de vetusto nouū. Joā. xiij. Māda
tum nouū do vobis: vt diligatis inuicē.
De mortuo viuū. ij. Jo. ij. In hoc scimus
qm̄ translati sumus de morte ad vitam:
qm̄ diligimus fratres. ¶ Secūdo debe/
mus offerre deo thus deuote orōnis. ps̄.
Dirigat̄ oratio mea sicut incēsum in cō/
spectu tuo. Thus redolēs ex carbonib⁹
viuis ꝓcedit: in altū ascendit: ⁊ odorem
reddit. Sic oratio dꝫ procedere ex corde
ignito per amorē. Eccl. l. Thus ardens
in igne. Talis oratio sic ignita tria bo/
na facit. ¶ Primū ē q: diabolū expellit
Thob. vi. Cordis ei ꝑticulam, si sup car/

bones ponas fumus eius extricat oē ge/
nus demoniorꝝ.⁋ Secūdo deū ad nos ac
cedere facit.vii ps. Sagitte potētis acu/
te ⁊c.Sicut enim stimulus aliquē ꝓuo/
cat ad currēdū.Sic ⁊ orō ignita deū ꝓ/
uocat ad subueniēdū.⁋ Tertio.vit ia in
cēdit ⁊ cōsumit.ideo subdit. cū carbo/
nibus desolatoriis.❡ Scđo thus.i.fu/
mus thuris in altū ascēdit.sic oratō ascē
dit in celū:maxime si ē lachrymosa.Ecc.
xxxv.Lachryma vidue a maxilla ascen/
dit vsq3 ad celuz:quādo ē humilitate ꝑ/
dita.Et ibidē.Oratio humiliātis sepene
trat nubes.quādo ē a peccati pondere
aliena.ideo dixit dn̄s malis.Ysa.i.Cuz
multiplicaueritis oratione non exaudi
am.manus vestre sanguine plene sunt.
⁋ Tertio thus odorē dedit.Sic oratio ē
odorifera maxime quādo funditur a cor/
pore mortificato.a corde dilatato.⁊ a
corde p spūalem letitiaz renato. De pri/
mis duobus dr̄ Apocal. v.Habētes sin/
guli cytharas.Glo.i.corpa mortificata.
⁊ phialas.i.corda lata p amorē plenas
odoramentorꝝ que sunt orōnes sanctorꝝ.
De tertio Eccl.l.Quasi thus redolens i
diebus estatis.In estate eniz odor thu/
ris latius sentitur:qr tunc puritas acris ⁊
serenitas maior habetur. ❡ Tertio debe/
mꝰ offerre myrrhaz mortificatōis.Myr
rha habz triplicē virtutē scz expulsiuaz
qr expellit vermes ⁊ serpētes.Sic morti/
ficatio carnis expellit oēs diabolicas tē/
tationes.Eccl.xi. Malitia vnius hore
facit obliuionē luxurie magne.⁋ Secū/
do habz virtutē cōfortatiuaz:qr cōfortat
mēbra tenera ⁊ debilia.Sic mortificatio
carnis animū infirmū ⁊ debilē cōstantē
facit.ii.ad Corinth.xii.Cuz eīm īfirmor
tunc fortior sum ⁊ potens.⁋ Tertio ha/
bet virtutez cōseruatiuaz:qr quātū dis/
soluit tantū ꝯsumit.Sic mortificatō car
nis grās ⁊ virtutes cōseruat.ii.Corꝝ.xii.
Uirtus in infirmitate perficitur.Sicut.n.
sal ꝓseruat a putrefactōe vermiū:sic mor
tificatio a corruptōe.Ideo necesse est vt
oēs isto sale saliantur.Mar.ix.Omnis.n.
hostia igne cremabitur: ⁊ omnis victima
sale salietur.

❡ Sermo.lxii.❡ De sancto fabiano ⁊
sebastiano.Sermo primus.

Gladiuz euagina
uerunt pctōres intēderūt ar
cum suuz vt decipiant paupe
rem ⁊ inopez:vt trucident rectos corde.
Hodie celebratur festiuitas Fabiani ponti
ficis ⁊ sebastiani militis. Pulchra con/
iunctio pontificis ⁊ militis.Siue vt ostē
datur ꝙ deus fecit nos deo patri regnū
⁊ sacerdotium. Siue vt ostendatur ꝙ ad
regnuz celoruz non soluz perueniūt de/
uoti clerici:sed etiaz fideles laici. Siue
vt ostendatur ꝙ illi ad deuz perueniunt:
qui sibi assistunt per ocium cōtemplatio
nis ⁊ qui sibi militant per laborē actio/
nis.In verbis ergo premissis duo tan/
guntur.⁋ Primo ꝑsecutorꝝ crudelis seui/
tia:cū dr̄:Gladiū euaginauerūt peccato
res ⁊c.⁋ Secūdo sanctorꝝ inocens pe/
na:cū subditur. Ut decipiat pauperē ⁊c.
Seuitia aūt peccatorꝝ in duobꝰ apparet
s.in euaginādo gladiū.s.quo ad fabia/
nū quē decapitauerūt ⁊ intēdēdo arcuz/
quo ad sebastianū quē sagittauerunt.
❡ Circa primū notādū ꝙ mali hn̄t gla
dios quos euaginānt cōtra bonos.⁊ bo/
ni habēt gladios quos euaginānt contra
malos.❡ Hn̄t quidē malignū gladiū in
corde qui ē malitie.vnde ps.Gladiꝰ eorꝝ
intret in corda ipsorꝝ.Hūc euaginauerūt
cuz malitiā acuerūt ad ꝑsequenduz.ps.
Cōcepit dolorē ⁊ peperit iniquitatē.Ali
um habēt in ore qui ē gladius male lin/
gue.ps.Gladius in linguis eorꝝ.hūc eua
ginant cū lingua laxant ad detrahēdū.
ps.Exacuerūt vt gladiū linguas suas.
⁋ Aliū habēt in manu q ē malignitatis
inique.ps.De gladio maligno eripe me
Hūc euaginānt cū manus extēdūt ad ꝑse
quēdū.Exo.xv.Euaginabo gladiū me/
um:iterficiet eos manus mea.❡ Primū
gladiū euaginauit decius cōtra fabianū
cui ⁊ eccl'ie magnā ꝑsecutionē cōmouit.
❡ Scđm euaginauit diocletianus con
tra sebastianuz quē suū ꝓditorē vocauit
⁊ multas blasphemias sibi dixit.⁋ Ter
tium vterq3 contra vtrunq3 euaginauit
dum ille fabianum fecit occidi.⁊ iste se
bastianum fecit sagittari. ❡ Secundo
boni habent gladios contra malos.
⁋ Primus est doctrine.Heb.iiii.Uiuus

est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oi gladio ancipiti.hunc euaginãt in erudi tione ꝓximi.Ephe.vi.Gladiũ spũs qđ ẽ verbũ dei.¶ Secũdus est iustitie.Exo. xxxij.Põat vir gladiũ suum ꝯtra femur suum.hũc euaginãt in peccati vltõe.ps̃. Gladij ancipites in manibus eoꝝ.¶ Ter tius est fortitudinis ⁊ ꝯstantie. Cantic. iij.En lectulũ salomonis sexaginta am biunt oẽs tenentes gladiũ.hunc euagi nant in gregis domini ꝺ̃fensione. Ma cha.iij. Judas gladio suo ꝓtegebat ca stra.Gladiũ ergo doctrine euaginauit se bastianus qñ idolatras ⁊ infideles con uertit.Et gladiũ iustitie euaginauit fa bianus quãdo deciũ impatorẽ dure cor ripuit.Gladiũ fortitudinis vterqꝫ euagi nauit qñ vterqꝫ constãter martiriũ tole rauit.¶ Secũdo apparet seuitia contra beatũ sebastianũ cum dicit.Intẽderunt archum suũ.qꝛ instar erity fuit sagittis repletus.ps̃.Intenderunt arcuꝫ rẽ ama ram.Ista.n.sagittatio amara pena fuit ꝓpter intraneitatem visceꝝ.qꝛ sagitte ñ tm̃ vulnerant mẽbra exteriora sed etiam viscera interiora.Job.xxx. Interiora mea efferbuerunt absqꝫ vlla requie. Magna ẽt pena fuit ꝓpter generalitatẽ vulnerũ qꝛ nõ tm̃ in vno vel duobus locis.sed in toto corpore vulneratus erat ⁊ sagittis repletus.Job.xvi.Concidit me vulnere sup vulnus.Isai.i.A planta pedis vsqꝫ ad verticẽ nõ est in eo sanitas Et magna pena erat pp malitiã irrisionũ.qꝛ ipsum quasi signũ in derisione posuerũt. Job. xij.Deridetur simplicitas iusti ⁊c̃.ps̃.In me psallebant qui bibebant vinuꝫ.Fuit ẽt magna pena ꝓpter totius populi spe ctaculũ.Fuit.n.in campo iuxta palatiũ cesaris sagittatꝰ vt illic oĩs populus cõ ueniret eum sagittari videret.vt habet i.Cor.iiij.Spectaculũ facti sumus mon do angelis ⁊ hoibus.¶ Secũdo ex par te sanctoꝝ ponit pena innocẽs cũ dicit. Ut decipiant pauperẽ ⁊ inopem.Sꝫ pri mo ponit innocẽs pena sebastiani cũ di citur.Ut decipiant paupem.Paup igit ⁊ inops fuit sebastianus quẽ oĩbus bõis spoliauerũt ⁊ a principatu deposuerũt. Istũ decipe conati sunt.mõ falsis alle gatõibus volentes xp̃m ostendere non esse deũ.mõ vanis ꝓmissionibus ꝓmittẽ tes sibi restituere suũ principatũ.mõ di uersis cruciatibus ⁊ diuersis passionibꝰ qꝛ ip̃m fecerũt sagittari ⁊ vsqꝫ ad mortẽ fustigari.sed nõ potuit decipi.nec falsis allegatõibus.qꝛ hẽbat xp̃m qui sapia est Luc.xxi.Ego.n.dabo vobis os ⁊ sapien tiã ⁊c̃. Nec vanis ꝓmissionibꝰ qꝛ hẽbat xp̃m qui ẽ vera merces ⁊ summũ bonuꝫ. Gene.xv.Noli timere. ego ꝓtector tuus sum ⁊ merces tua magna nimis. Exod. xxiij.Ego ostendaꝫ tibi oẽ bonum. Nec vanis cruciatibus ⁊ passionibꝰ qꝛ hẽbat xp̃m qui v̾tus est ⁊ fortitudo.ps̃.Dñs ꝓ tector vite mee a quo trepidabo.Itẽ idẽ Cum ipso sum in tribulatõe eripiã eum ⁊ glorificabo eum.¶ Secũdo ponit ino cens pena fabiani cũ dicit. Ut trucidẽt rectos corde.ipse.n.rectum cor habuit. qđ pꝫ ex multis.¶ Primo qꝛ ip̃e p colũ bam fuit miraculose electus. nequaquã enim deus ip̃m miraculose eligeret.nisi ip̃m hẽre rectũ cor ⁊ sanctũ cognosceret Nume.xvi.Quẽcunqꝫ elegerit dñs ip̃e sanctus erit.¶ Secũdo qꝛ in potentum reprehẽsione fuit ꝯstãs ⁊ firmus. Naꝫ si cut dicit Haymo.impatori philippo vo lenti interẽe pasche solẽnitatibꝰ ⁊ diuinis cõicare misterijs.fabianus ꝯstãter resti tit.necibi idẽ ip̃m esse ꝑmisit donec inter publice penitentes stetit.⁊ peccata sua ꝯfessus fuit.Eccle.xlviij.In diebus suis nõ ptimuit principẽ ⁊c̃.¶ Tertio qꝛ cir ca diuinũ cultũ fuit valde diligẽs ⁊ de uotus.Nam sicut dicit Damascenus pa pa.ipse fabianus p oẽs regiones septem diaconos misit.⁊ eisdẽ tot subdiaconos assignauit vt gesta martirꝝ colligerent ⁊ sibi romã deportarent qđ factũ est.Istuꝫ ergo sic rectũ corde detrucidauerunt ⁊ decapitauerũt.Et lꝫ carnẽ trucidarent. aiam tñ ledere ñ poterãt.Mat.x. Noli te timere eos q occidũt corpꝰ.aiam eim occidere ñ pñt.Rõ quare aias sanctoruꝫ mali occidere nõ pñt.ẽ qꝛ ipsoꝝ anime i manu dei sũt.Sap.iij. Justoꝝ aie i mãu dei sunt.Sũt ẽt in sinu dei.Isa.xl.Ma nu subleuabit agnos ⁊ in sinu suo porta bit.sunt ẽt i corde dei.ad Phil.i. Testis ẽ mihi deꝰ quõ vos cupiã oẽs in visceri bus iesu xp̃i.Qꝛ igit sunt in manu dei ñ

pñt ab aliquo auferri. Joã.x. Nõ rapiet eos q̄squã de manu mea. q꞉ q sunt i sinu dei nõ pñt amitti. Aug. Quid times homiñe hõ in sinu dei positꝰ. Tu de sinu illius noli cadere. ⁊ quicq̄d patieris ad salutem valebit nõ ad pniciẽ. q꞉ q sunt in corde dei nõ pñt obliuioni tradi. ps. Si oblitus fuero tui hierl'm ⁊c̃.

¶ Sermo.lxij. ¶ De sctõ sebastiãno martire Sermo.ij.

TEtendit arcũ suũ ⁊ posuit me quasi signum ad sagittam. Thre.ij. Jstud verbũ ꝯueniẽter de sãcto sebastiano exponi potest q fuit ad signũ positus ⁊ ab infidelibus sagittatus Fuit. n. positus ad multiplex signum. ¶ Primo in signum prudẽtie ex eo ꝙ se sub militari habitu occultabat vt xpianos martires ꝯfortaret. bonum q̄dẽ fuerat si statim se xp̄ianũ ꝯfitens coronam martirij recepisset Sed meliꝰ erat ꝙ pro tali vtilitate ad tp̄s sub militari habitu se occultaret. postmo dũ autem libere se xp̄ianũ ꝯfessus fuit. Et sic primo hũit fidẽ tanquã loricã. i. Thes. v. Induti loricã fidei. postmodũ hũit eã tanquã scutũ Ephe. vi. Jn oibus sumẽtes scutũ fidei. Apl's ẽt de hoc loquẽs dicit. ij. Corin. xi. Per fenestrã in sporta dimissus sum ⁊c̃. Bonũ erat si apl's nõ fugiẽdo martiriũ fuisset ꝑpessus. sz meliꝰ fuit ꝙ ꝑ vtilitate p̄ximoꝝ ad tp̄s fuit reseruatꝰ. ¶ Scd̃o fuit positꝰ in signũ ꝯstãtie. cuiꝰ ꝯstantia ẽt appuit in corroborãdo qñ dixit. O fortissimi milites xp̄i ⁊c̃. Job. iiij. Uacillantes ꝯfirmauerũt sermones tui. Jn arguendo q꞉ impatores ꝯstãter redarguit. ⁊ tũc maxime postq̄ ab eis flagellatꝰ fuit tales. n. ꝯstãtes erãt apl'i. De qbꝰ dr̃ Ac. v. Cesis denũciauerũt apl'is ne ãpliꝰ loquerent ⁊c̃. Jn sufferẽdo q꞉ multa martiria ꝑtulit. sz vinci non potuit. Roma. viij. Certꝰ sum. n. q꞉ neqȝ mors neqȝ vita ⁊c̃. ¶ Tertio fuit positꝰ in signũ doctriẽ. Docuit. n. tres vtiles lectiões. ¶ Prima fuit circa ꝯtẽptũ tp̄aliũ qñ dixit. Uita h̄ in se credẽtes fefellit. sz expectãtes irrisit ⁊c̃. Jacob. iiij. Que ẽ. n. vita nr̃a vapor ad modicũ parẽs. ¶ Scd̃o fuit circa appetitũ celestiũ. Uñ dixit nõ sepabunt a vobis. sz vadunt parare vobis sidereas mãsiones. Heb. xiij. Nõ. n. hẽmꝰ hic ciuitatẽ manẽtẽ sz futurã inq̄rimꝰ. ¶ Tertia fuit circa tolerãtiã aduersoꝝ vñ ait. Jn amorẽ martirij nr̃os sustinemꝰ effcũs ⁊ Mat. x. Nolite timere eos q occidunt corpꝰ ⁊c̃. ¶ Quarto erat positꝰ in signũ patiẽtie q꞉ patiẽter supplicia tollerauit Magna patiẽtia q꞉ martires nõ in suppliciis cesserũt. sz potiꝰ eis documẽta cesserũt. Cipria. Torquẽtibꝰ fortiores steterũt ac laniãtes vngulas laniata mẽbra vicerũt. maior ꝙ nõ maledixerũt. Lu. vi. Bñdicite maledicẽtibꝰ vobis. Maxia ꝙ aduersus deũ nõ murmurauerũt. vñ dr̃ Nõ murmur resonat nõ q̄rimõia q̄ maxia ꝙ in tot suppliciis cor pacificũ hũert vñ subdit. Sz corde tacito mẽs bñ ꝯscia seruat patiẽtiã. Sup quã maxia ꝙ ꝑ ꝑsequẽtibꝰ orauerũt. Lu. vi. Orate ꝑ ꝑsequẽtibꝰ ⁊ calũniãtibꝰ vos. ¶ Quito fuit i signũ positꝰ opatõis bõe. hũit. n. opatõeȝ bonã. i. vtilẽ delectabilẽ ⁊ honestã. Utilẽ q̄tũ ad alioꝝ ꝯuersionẽ q꞉ multos cõuertit ⁊ saluos fecit. i. Cor. x. Nõ q̄rẽs qđ mihi vtile ẽ sz ꝙ multis vt salui fiãt. Honestã quãtũ ad pacificã ꝯuersatõȝ. vnde dr̃. Erat. n. vir totiꝰ prudẽtie. Jn sermõe verax. in ope fidel'. in bõitate ꝯspicuꝰ. in vniuersa moꝝ hõestate p̄clarꝰ ⁊c̃. i. Thes. iiij. Honeste ãbuletis ad eos q foris sũt. Delectabilẽ ãt q̄tũ ad celestiũ ꝯtẽplatõȝ Ecc. xi. Dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ ocul' videre solẽ. i. xp̄ȝ ꝑ ꝯtẽplatiõȝ. ¶ Sexto positꝰ fuit in signũ pene eterne reprobis inferẽde. Si. n. deꝰ tm̃ punit illos q hñt vitã sanctã q̄tũ puniet ⁊ illos q hñt vitã iniquã. Prouer. xi. Si iustꝰ in terra recipit mala. q̄to magis impiꝰ ⁊ peccator Si tm̃ punit illos in qbꝰ bñdicit quãtũ puniet ⁊ illos in qbꝰ blasphemat. Hier. xxv. Ecce ego in ciuitate in q̄ inuocatuȝ ẽ nomẽ meũ incipio te affligere. ⁊ vos q̄si innocẽtes eritis nõ eritis imunes. Si tm̃ punit illos q sunt virides in ꝯscia ⁊ in vita. quãtũ puniet illos q hñt ꝯsciam aridã ⁊ vitam corruptã. Luc. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciunt. in arido quid fiet ⁊c̃.

¶ Sermo. lxiij. ¶ De eodem Sermo tertius.

enim cōuersus p lucē refulgētē. p virtu,
tem potētē. p vocē obiurgantē. ¶ Prio
nāqȝ cōuersus fuit p lucē refulgentē: qd
notat cū dr̄: Qm̄ die ac nocte. Illa enim
lux que ipm circūfulsit: fuit vt nos iquā
tū ipm exterius excecauit. Et fuit dies: i
quātū ipm interius illustrauit. Et ab oi
diffidia purgauit ipm in amore xp̄i ice,
dendo. Fuit aūt ipa lux repētina. imen,
sa. ⁊ celica. vñ dr̄: Et subito circūfulsit
eū lux de celo. Fuit nāqȝ subita ⁊ repen,
tina: q: ipm subito imutauit atqȝ perfe,
cit in sciētia. in vita. in cōstantia. In sciē
tia: q: totū mysteriū dñice icarnatiōis.
in triduo sue excecatiōis edoctus fuit.
Gal̄. i. Notū vobis facio euāgeliū quod
euāgelizatū ē a me: q: non ē sm hominē
neqȝ ab hoie didici illud neqȝ accepi: sȝ
p reuelationē iesu xp̄i. In vita: q: statim
oēm amorē carnalē abiecit. Gal̄. i. Conti
nuo nō acquieui carni ⁊ sanguini ⁊c̄. In
cōstātia. Act. ix. Cōtinuo igressus in sy,
nagogam p̄dicabat illis iesuȝ. Fuit etiā
illa lux imēsa. vñ dr̄. Circūfulsit. i. circū,
quaqȝ fulsit. Ab interiori p sapiētiam. ij.
Cor. iiij. Deus qui dixit de tenebris lucē
splendescere: luxit in cordib⁹ nostris ⁊c̄.
Ab exteriori per cōuersionē lucidam. i.
The. v. Non sumus noctis neqȝ tenebra
rū ⁊c̄. A supiori: per cōtēplationē celesti
um. ij. Cor. iij. Nos reuelata facie gloriā
dei speculātes. que solet in hoc seculo vi
deri p speculū in enigmate. Chry. Pau,
lus carcere coartat⁹ hitabat in celo. Ab
inferiori p cōtemptū terrenoꝝ. Phil̄. iij.
Existimo oia detrimētū eē ⁊c̄. Fuit etiaȝ
ista lux celestis ad inuēdū q̄ deus dedit
sibi intellectū angelicū: q: ab ipo angeli
plurima didicerūt. Uñ super illō Eph.
iij. Mihi aūt minimo oium sanctoꝝ da,
ta ē hec grā in gētibus vt inotescat prin
cipibus ⁊ ptātib⁹ in celestib⁹. Dicit glo.
Uidete quātus est hic: q: p aliqd hoc ac,
creuit āgelis q multa secreta i his didi,
cerunt. Dedit sibi affectū diuinū. Chry.
Ut eim ferrū missum i igne totus ignis
efficit. sic paulus charitate succēsus to
tus efficit charitas. Dedit sibi actū cele
stē ⁊ sanctū. Phil. iij. Nr̄a cōuersatio in
celis ē. Ista tria tāgit Dyony. in epl̄a de
morte scti pauli dicēs: Hic ē angelus ter
restris. Ecce q: hūit itellectū angelicuȝ:
Et hō celestis: ecce q: hūit actū celestē ⁊
sanctū. imago ⁊ silitudo diuinitatis: ec
ce q: habuit effectū diuinitatis. ⁋ Scdo
q: eius cōuersio fuit p virtutē potentem
cū dr̄: Qm̄ grauata ē sup me man⁹ tua.
Christus hȝ manū i qua sunt qnqȝ digiti
⁋ Primus ē polex. i. eius potētia: p quā
oib⁹ dñat: ⁊ oia domat. ⁋ Scds ē iudex
i. eius sapia per quā oia idicat ⁊ manife
stat. ⁋ Tertius ē medius. i. charitas ifi,
nita. per quam nos tāquā mediator pa,
tri recōciliat. ⁋ Quartus est medicus. i.
eius misericordia p quā nr̄as infirmita

tes mēdet ꝛ curat. ¶ Quintus ē puus. i. humilitas sūma. per cuius exēplū ad humilitatē nos reuocat. Istā manū cū his quinqꝫ digitis sup paulū aggreuauit. i. fortificauit. primū. s. digitū potentie ipm ad terrā pijciēdo. ps. Humiliasti sicē vulneratū supbū. ¶ Digitum sapie oia sibi mysteria reuelādo. Eph. iij. Scdm reuelationē notū mihi factū ē sacramētum. ¶ Digitū charitatis īfinite se pri recōciliando. i. Thi. i. Misericordiā cōsecut⁹ sum. Digitū misericordie eius culpam medēdo. i. Thi. i. Christus iesus venit in hunc mūdū peccatores saluos facē: quorum primus ego sum. ¶ Digitū humilitatis p suum exēplū ad humilia reducēdo. Vñ ait. i. Cor. xv. Ego sum minim⁹ aplorꝫ qui nō sum dignus vocari apls.

¶ Tertio ipm cōuertit per vocem obiurgantem: cū dicit. Dū cōfigit spina. illa. s. spina de qua dr. Durum ē tibi contra stimulū calcitrare. Infixit autē xps cordi suo quadruplicē spinaꝫ. ¶ Prima fuit verbū obiurgatiōis: cū dixit: Saule saule quid me psequeris: Et ista fecit in eo vulnus doloris. Rom. ix. Tristitia ē mihi magna: ꝛ cōtinuus dolor cordi meo ꝛc. ¶ Scda fuit verbū iproperatiōis. cuꝫ dixit: Ego suꝫ iesus queꝫ tu persequeris quasi dicat. Ego sum ille qui te saluaui. qui p te ꝛ morteꝫ sustinui: ꝛ talia mihi rependis. Et ista fecit in eo vulnus pudoris. adeo qꝫ se indignuꝫ apostolatu iudicabat. i. Corinth. xv. Non sum dign⁹ vocari apostolus. ¶ Tertia fuit verbuꝫ cōquestiōis quādo similiter dixit: Ego suꝫ iesus nazarenus: quasi dicat. Sufficere tibi deberet qꝫ iudei me crucifixerūt ꝛ penis meis saturati fuerunt. Et ista facit i eo vulnus amoris cōpassionis adeo qd amor ꝛ compassio christi crucifixi cordi suo fuit affixa. vt dicit Gal. ij. Christo confixus sum cruci. ¶ Quarto fuit verbum cōminationis: cum dixit: Durū est tibi contra stimulum calcitrare. Et ista fecit in eo vulnus timoris. vnde dr: Tremens ac stupens dixit ꝛc. ij. Cor. vij. Foris pugne: intus timoris.

¶ Sermo. lxxiiij. ¶ Eodeꝫ die. Sermo secundus.

Vas admirabile opus excelsi. Ecc. liij. Istud ē illud vas de quo dr Act. ix. Vas electōis mihi ē iste. Et nō ē vas cōe sed admirabile. Et nō ē op⁹ mortalis viri: sꝫ opus excelsi. Fuit auteꝫ istud vas admirabile: ꝛ opus excelsi propter suas mirabiles cōditōes quas habuit. ¶ Primo fuit mirabilr cōfict⁹. qd pꝫ: qr de limo humilitatis pfunde ꝛ aq̄ cōpunctōis lachrymose fuit cōfictus. Qꝫtū ad primū dr. ij. Cor. iiij. Habem⁹ thesaurum istū i vasis fictilibus. quātuꝫ ad secūdū dicit Chry. Paulus cōsolatōem recipiebat i lachrymis. i rota timoris ꝛ amoris fuit cōstrictus. Nam cuꝫ dixit ei Jesus: Ego suꝫ iesus nazarenus. i. saluator tuus. Et hoc eiꝫ cōcepit magnū amorē: cū dixit: Quē tu psequeris. Ex hoc cōcepit magnū timorē. Veloci motu fuit agitatus qñ subito ipm lux illustrauit ꝛ i terrā cecidit. Ysa. xxxvij. Ponā circulum i naribus tuis. ꝛ frenū i labijs tuis ꝛ reducā te in via p quaꝫ venisti Fuit a supfluitatibus resecat⁹ qr oēm terrenitatem xps ab eo amouit. qd notat p hoc qꝫ de terra surrexit. ꝛ squame ab oculis ei⁹ ceciderūt. ¶ Secūdo istud vas fuit mirabilr pictū. s. colore albo virgialis mūditie. vnde loquēs de vgibus dic. i. Cor. vij. Volo oēs homies eē sicut meipsum. Chry. Joseph pudicitie virtute decorat⁹ ste. ꝛ ego vereor ne ridiculū sit hincide paulum laudare: qr oia que videbantur clara atqꝫ decora cernebat quēadmodū nos fauillam cinerēqꝫ despicimus. Colore nigro humilitatis pfunde. i. Cor. xv. Ego sum minimus apostoloruꝫ ꝛc. Colore rubeo charitatis intense. Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Colore hyacinthino cōtemplationis superne. Phil. tertio. Nostra conuersatio in celis est. ¶ Colore viridi conuersationis grate. i. Cor. ij. In gratia dei conuersati sumus. ¶ Tertō istud vas est mirabiliter excoctum scilꝫ igne amoris. ij. Cor. v. Charitas dei vrget nos Chrysosto. Paulus sine charitate christi nec principatuum socius cupiebat esse. ¶ Ab hac enim charitate discedere hoc sibi erat tormentum gehenna

supplicia infinita sicut ꝑfrui charitate.
hoc erat illi vita. hoc illi regnum. hoc il
li videbāť bona innumera. Igne passio
nis ⁊ tribulatōis. ij. Cor. iiij. In omnibꝰ
tribulatōem patimur. sed non angustia-
mur. Igne cōpassionis. ij. Cori. xi. Quis
infirmať ⁊ ego nō infirmor. Chris. Nul-
lus tam affectuose mala ꝓpria quantū
ipse flebat mala aliēa. Igne doloris. Ro
ma. ix. Tristitia est mihi magna ⁊ conti-
nuus dolor cordi meo. ¶ Quarto istud
vas fuit mirabiliter purificatū ⁊ lotum
s. lotōe baptismi. vnde diciť. Surgēs ba
ptizatus est. Lotōe spūs sancti de q̄ dici
tur. Act. i. Vos aūt baptizabimini spū
sancto. Sicut aūt in aplós descēdit spi-
ritus sanctus in specie ignis sic ⁊ in ipm
in specie lucis. Lotōe lachrimose cōpun
ctōis. Chris. Iuges lachrimaꝝ fontes ñ
diebus solū sed etiam noctibus effunde
bat. Lotōe sanguinis qꝛ in suo sanguine
baptizatus fuit. Apoca. vij. Lauerūt sto
las suas ⁊c̄. Lotōe lactis qꝛ cum sangui
ne lac effudit. Et hoc in testimoniū sue
puritatis. Canti. v. Oculi eius sicut colū
be sup riuos aquaꝝ que lacte sunt lote.
¶ Quinto istō vas fuit mirabiliter im-
pletum. s. spū sapientie ⁊ intellectus. qꝛ
diuina misteria ⁊ ꝑfunda intellexit ⁊ sa
pienter edocuit. Spū cōsilij ⁊ fortitudi-
nis qꝛ ⁊ prudens ꝯsiliarius in aduersis
fuit ⁊ fortis inter aduersa stetit. Spiritu
scientie ⁊ pietatis. qꝛ ⁊ alioꝝ miserias sci
uit ⁊ eis pie subuenit. Spū timoris do-
mini. qꝛ ipm filiali timore semp timuit.
¶ Sexto istud vas fuit mirabilr effusū.
Effudit enim se verbis. ij. Cor. vi. Os no
strꝫ pꝫ ad vos o corinthij. Scripto. Phi
li. iij. Eadē vobis scribere mihi quidem
nō pigrū vobis aūt necessariū. Exemplo
ij. Cor. vij. Capite nos. s. in exemplū ne-
minē. n. lesimus ⁊c̄. Martirio. Phili. ij.
Sed ⁊ si emulor sup sacrificiū ⁊ obsequꝫ
fidei vestre gaudeo ⁊ ꝯgratulor omibus
vobis.

¶ Sermo. lxxv. ¶ De eodē die Sermo
tertius.

SPectaculum facti sumꝰ
mundo angelis ⁊ hominibus
. i. Cor. iiij. Hodie deus specta
culum nobis dedit quādo beatū Pau-
lum ꝯuertit. Qui qdem est spectaculuꝫ
mundo. i. mundanis ⁊ peccatoribus. ⁊
angelis tā bonis q̄ꝫ malis. Hominibus
s. iustis ⁊ ratōe vtentibus. ⁊ Est ⁊ specta
culū peccatoribus ad penitendū. ¶ An
gelis bonis ad admirandū. ¶ Angelis
malis ad inuidendū. ¶ Bonis ⁊ iustis
ad imitandū. ¶ Peccatores aūt i eo spe
culari possunt tria. ¶ Primo doloreꝫ ⁊
ꝯtritōem amarā. Tm̄ enim doluit q̄ꝫ tri
bus diebus comedere recusauit q̄ꝫ tribꝰ
diebus in dolore ꝯtinuo fuit. ⁊ i fletu q̄ꝫ
dolorē suum semp ꝯtinuauit. Roma. ix.
Tristitia est mihi ⁊ ꝯtinuus dolor cordi
meo. q̄ꝫ habuit lachrimas ꝯpunctiōis. ⁊
hoc in triduo sue ꝯuersionis. Lachrimās
deuotōis. ij. Cor. v. Nā ⁊ in hoc ingemi-
scimus habitatōem que de celo est super
indui cupiētes. Lachrimas ꝯpunctiōis
sue ꝯpassionis. ij. Cor. ij. Nā ex multa tri
bulatōe ⁊ angustia cordis scripsi vobis
ꝑ multas lachrimas. ¶ Secūdo specula
ri possunt confessionē purā. Dicit auteꝫ
Prouerbi. xviij. Iustus in principio ac-
cusator est sui. si in principio multo ma-
gis in medio ⁊ in fine. Peccatū eim hēt
principiū. s. malam cogitatōem. mediuꝫ
s. ꝯsensum. ⁊ finē. s. opus. De his tribus
apl's se accusat. s. de principio peccati. i.
de malis cogitatōibus ipsas expellēdo
ij. Cor. iiij. Abdicamus occulta dedeco-
ris. i. occultas ⁊ turpes cogitatōnes cor
dis. De medio peccati idest de ipso pec-
cati consensu ipm recognoscēdo. Actu.
xxij. Cum funderet sanguis stephani te
stis tui. ego astabā ⁊ consentiebā. De fi-
ne peccati. i. de ipso opere ipm humilit
ꝯfitendo. i. Timo. i. Qui prius fui blas-
phemus ꝑsecutor ⁊ ꝯtumeliosus ⁊c̄. Ter
tio speculari possunt in ipso satisfactiōꝫ
condignā. Ipse quidē xp̄m offenderat
corde. ore. ⁊ opere. Actu. ix. Saulus ad
huc spirās quo ad primū minaꝝ. quo ad
secundū. ⁊ cedis quo ad tertiū. Ideo sa-
tisfecit corde diligēdo ipm plus quam
se. Act. xxi. Ego. n. nō solum alligari sꝫ
etiam mori paratus sum ꝓpter nomen
domini iesu xp̄i. Plusquā suos. Gala.
continuo nō acquieui carni ⁊ sanguini.
Plus q̄ꝫ sua. Phil. iij. Que mihi fuerūt

lucrā.hec arbitratus sum ꝓpter ip̄m de
trimenta.satisfecit ore ip̄m fideliter p̄di
cando.Act.ix. Uas electōis mihi ē iste
vt portet nomen meū corā regibus ⁊ fi
lijs israel.Nam gētes.i.populos gētiles
redarguebat ⁊ ꝯuertebat ꝑ sapientiam.
reges ac tirānos ꝑ miraculoꝝ euidētiā.
filios israel ꝑ diuinam scripturā.Satis
fecit opere quia p̄dicabat ⁊ laborabat.i.
Thessal.ij.Nocte ⁊ die opantes manib⁹
⁊c̄.i.manualiter ne aliquē vnum graua
remus .vnde dicit Haimo.ꝙ a prio gal
lorum cantu vsq3 ad quintā horā labora
bat.Deinde p̄dicatiōi vacabat ita ꝙ ple
runq3 vsq3 ad noctem sermonē ꝓtrahe
bat.Sōno ⁊ oratōibus ⁊ comestioni resi
duū tp̄is satis necessariū erat.¶ Secun
do factus est ip̄e spectaculū bonis ange
lis ad admirandū. In angelis eīm tria
ꝯsiderant.s.velox obedientia.ut dicit.
ps.Ministri eius qui facitis voluntatē
eius.charitas ignita. p̄s. Qui facis an
gelos tuos spūs ⁊c̄. Custodia sollicita.
p̄s.Angelis suis mandauit de te.vt cu
stodiant te in omnib⁹ vijs tuis ⁊c̄.¶ Ad
mirant igit̄ in paulo angeli velocē obe
dientiā quam habuit in ꝯuersionis sue
primordio quādo dixit.dn̄e quid vis me
facere.quā habuit in medio qn̄ spūs san
ctus dixit.Segregate mihi saulū ⁊ bar
nabam q2 cōtinuo apostolis obediuit vt
habet Act.xiij.Quam habuit in vltimo
q2 iacobo ep̄o precipiēte vt in templo se
purificaret ꝯtinuo obediuit.cum tamen
ꝑiculū sibi iminere cognosceret.Quam
habuit in tota vita sua q2 totum mūdū
p̄dicando circuiuit.Chriso. Paulus tā
quā pēnatus totum docēdo ꝑuolauit or
bem.¶ Secūdo admirant in ip̄o chari
tatem ignitā.siue q2 totus in ignē chari
tatis ꝯuersus fuerat.Chriso.Ut enim
ferrū missum in ignē totus ignis efficit.
sic Paulus charitate succēsus tot⁹ effi
cit charitas.siue q2 ignem charitatis ni
hil in eo extinguere poterat. Romano.
viij.Certus sum.n.q2 neq3 mors neque
vita ⁊c̄.siue q2 alios vehementius inflā
mabat.Chriso.Paulus velut ignis totū
percurrebat orbem ⁊ ꝑcurrendo purga
uit.siue q2 omnia vitia exurebat.Super
hoc Chriso.Sicut in stipulas aut in fe
num ignis est missus.sic oīum demonū
opera Paulus cōsumpsit.¶ Tertio ad
mirant in ipso tam sollicitā custodiam.
Quidā enim angeli custodiūt mundū
vniuersum sicut dominatōes.Quidā ꝓ
uincias vt principatus.Quidā loca pri
cipalia.vt archangeli.Et qdam singula
res ꝑsonas vt angeli.Paulus aūt curā
habuit de mundo vniuerso.Chris. Nul
lus angelus ita populū creditū guber
nauit.vt Paulus vniuersum orbē. Cu
ram habuit de ꝓuincijs. Idem. Tanta
ipse Paulus virtute ꝓgressus est vt vix
triginta annorum spacio.⁊ Romanos ⁊
Persas ⁊ Parthos ⁊ Medos ⁊ Indos
⁊ Scithas ⁊ Ethiopes sub iugo mitte
ret veritatis.Curā habuit de specialib⁹
locis ad que epistolas destinauit.sicut d̄
roma corintho.galathia ⁊ huiusmodi.
Curam habuit de singularibus ꝑsonis.
sicut de Timotheo.Tito.⁊ Philemone.
¶ Tertio fuit spectaculū malis angelis
ad inuidendū in qbus est triplex viciū.
s.superbie.inuidie.⁊ fraudulentie.Con
tra supbiā igit̄ spectat in eo humilitas
Tanta enim fuit in eo humilitas ꝙ se re
putabat minorē omni apostolo.i. Cori.
xv.Ego enim sum minimus apostoloꝝ
Reputabat se maiorē peccatorē3 aliquo
i.Timo.i.christus iesus venit i hūc mū
dum peccatores saluos facere quoꝝ pri
mus ego sum.Reputabat.n.se nihil a se
ipso habere.ij.Cor.iij.Nō ꝙ sufficiētes
sumus aliquid cogitare a nobis quasi
ex nobis.¶ Secūdo ꝯtra inuidiam spe
ctat in eo fraterna charitas que tanta in
eo fuit ꝙ omnes hoīes saluari cupiebat
Chriso.Quasi mundū vniuersum ipse
genuisset.sic omnes in regnū dei festina
bat adducere.qui ꝓ salute alioꝝ mori de
siderabat.ij.Cor.xij.Ego enim libentissi
me impēdar ⁊ supimpēdar ꝓ animab⁹
vestris:qui ꝓ eterna pena alioꝝ vitanda
ip̄e a gloria excludi affectabat.Romañ.
ix.Optabam ego ip̄e anathema eē a xp̄o
ꝓ fratribus meis.Chriso.Nam nō salua
ri illos multo acerbius extimabat q̄3 se
metip̄m perire.¶ Tertio ꝯtra fraudulē
tiam spectat in eo veritas quā imittere
satagebat ꝑ sinceritatē doctrine.i.Tio.
ij.Doctor gentiū in fide ⁊ veritate ꝑ exē

plum vite.ij. Cor.vij. Capite nos nemi/
nem lesimus.neminē circūuenimus rc.
Per assiduitatē oratōnis deuote.Col.i.
Nō cessamus p vobis orātes rc. Quar/
to factus est bonis r iustis spectaculum
ad imitandū in quo qdem tria spectari
possunt.¶ Primo ad ɔtemplatiōem ce/
lestiū. Phili.iij.nostra ɔuersatio in cel
est.Conuersatō aūt dicit totā vitā hoīs.
Quidā.n.sunt in celo tātū ore vt predi/
catores verbosi.Quidā tm̄ exteriori ope
vt hipochrite r vanagloriosi seu vanoꝝ
gloriosi.Quidā vero tm̄ corde sicut pi/
gri r desidiosi qui tm̄ bona ꝓposita que
habēt opere nō implent. Paulus autē
erat in celo.r ore.qꝛ habuit sincerissima
ṽba.ij.Cor.ij. Ex sinceritate sicut ex deo.
coram deo in xp̄o loqmur.Et ope.qꝛ ha/
buit sollicita opera.ij. Thesal.ij. In la/
bore r fatigatōe nocte r die laborantes.
Et corde qꝛ habuit sācta desideria. Phi
li.i.cupio dissolui r esse cū xp̄o.¶ Secū/
do in eo spectare possunt abundantiam
bonoꝝ opeꝝ.i.Cor.xv. Abūdātius om/
nibus laborauit.vere abūdātius qꝛ plus
oībus pagrauit.Roma.xv. Ab hierusa/
lē vsqꝫ ad illicitū p circuitū repleui euā
geliū. Uere abūdantius qꝛ plures omni
bus ad fidē ɔuertit.s.inumerabilem po
pulū gentiū.Gal.ij. Qui opatus est Pe
tro in apostolatu circūcisionis opatus ē
mihi inter gentes. Uere abūdantius qꝛ
plus omnib⁹ laborauit manibus.Chris.
Nec vnum quidē dicit i ocio quiete pas/
sus est transire. Uere abūdātius qꝛ plu/
ra passus est.ij.Cor.xi. Ter cesus suꝫ rc.
Chri. Uis eius inumeras tibi ostendit
mortes.Tot vtiqꝫ quot enim dies vixit.
Uere abundātius qꝛ plures ep̄las scri/
psit.¶ Tertio spectare possunt in eo fir
mā tollerantiā aduersoꝝ. Nam sicut di
cit Chri. Ipse fuit saxo durior.ferro fir/
mior.adamāte fortior.r auro incorrupti
bilior.Fuit qdeꝫ saxo durior.qꝛ nulli ad
uersitati cedebat.Gal.ij. Quib⁹ nec ad
horā cessimus subiectōni. Fuit ferro fir
mior.qꝛ nulla tribulatio ip̄ꝫ ɔmouebat
sed tanquā incus pcussionibus firmaba
tur.ij.Cor.ij.cum enim infirmor tunc po
tens sum.Fuit adamante fortior.qꝛ nul
la aduersitas ip̄m frangebat..ij. Corin.
xiij. Placebo mihi in infirmitatibus me
is rc.Fuit auro incorruptibilior.qꝛ nul/
lo igne psecutōis p inpatientiam crepa/
bat.Eccle.ij. Igne ꝓbaꝛ auꝝ r argentū.
¶ Sermo.lxxvi.¶ De conuersione san
cti pauli.Sermo quartus.

SAulus adhuc spirās mi
narū r cedis i di
scipulos dn̄i.Act.ix. Quāuis
in beato Paulo abundauerit
delictum psecutōis.In ipso tamen abū
dauit postea gratia miraculose ɔuersio
nis r deuote p̄dicatōis. In ip̄o nāqꝫ aū
ɔuersionem abundauit triplex vitium.
s.magna seuitia.cū dicit spirans minaꝝ
r cedis in discipulos domini ac magna
supbia cū dicit.Accessit ad principes sa
cerdotū.Glo.Nō vocat⁹ sed sponte celo
ɔcitante eum.r magna ignorantia.cū dr
vt si quos inueniret rc. Illos.n.q erant
in via credebat esse extra viam.sed ɔuer
sus est a seuitia in fraternā charitatem.
a supbia in ꝓfundā humilitatē.ab igno
rantia in sapientie claritatē.¶ Primuꝫ
aūt.s.seuitia in quattuor erat.s.in corde
p odium.vnde dicit spirans. In ore per
aspitatem.vnde sequit minaꝝ.in perso
nis p penaꝝ irrogatōem.vnde dicit.r ce
dis.r in rebus p expoliatōem. vnde pre
mittit Act.viij.Saulus aūt deuastabat
ecclesiā rc.Sed qui xp̄ianos sic fuerat p
secutus quadruplicit postmodū eos est
quadruplr ɔsolatus. Dedit enim corpu
um ad ɔpatiendū.ij.Cor.xij. Quis infir
maꝛ r ego nō infirmor rc.Chri. Nullus
tanto affectu mala ꝓpria quāto Paulus
deflebat aliena.Dedit os suum ad predi
candū.ij.Cor.vi.Os nostrū pꝫ ad vos o
corinthi.Ephe.vi.Orantes ꝓ me vt det
mihi sermo in apertōne oris mei. Dedit
corpus suū ad moriendum.i.Thessal.ij.
Uolebamus tradere vobis nō solū euā
geliū dei.sed etiam animas nr̄as. Chri.
Mortem atqꝫ cruciatus r mille suppli
cia quasi ludū putabat esse puerorum.De
dit res suas ad subministrandum.Act.
xx.Ad ea que mihi opus erant.r his q
mecum sunt ministrauerūt iste manus.
¶ Secūdo cōuersus est a supbia in pro
fundā humilitatem.¶ Habuit eīm hu
milem denominatōem.cōuersationem.

sciẽtiá.⁊ vitã ¶ Denominatõem qui
dem humilẽ habuit q: vocat se puulū.
qui prius vocabat̃ saulus a saule super
bo.postea vocauit se paulum. Uocat se
seruum.vñ Roma.i. Paulus seruus ie/
su xp̄i vocat se seruoꝝ seruum.i.Coꝛ.ix.
Cum liber essem ex oĩbus omniũ me ser
uum ⁊c̃.Uocat se apostoloꝝ minimũ.i.
Coꝛ.xv.Ego sum minimus apostoloꝝ
⁊c̃.Uocat se aboꝛtiuũ.i.Coꝛ.xv.nouissi/
me tanquã aboꝛtiuo visus ẽ mihi. ¶ Se
cũdo habuit humilẽ ꝯuersatõem.i. Co/
rinthi.x.Sine offensione estote iudeis ⁊
gentibus ⁊ ecclesie dei sicut ⁊ ego oĩbus
ꝑ omnia placeo.Seruauit.n.illud. Ec/
cle.xxxij.Rectoꝛẽ te posuerũt noli extol
li esto in illis sicut vnus ex illis. Prelat⁹
enim aliquãdo dꝫ esse maioꝛ subditis.s.
in coꝛrectõis auctoꝛitate. Aliquãdo eĩm
dꝫ ẽẽ minoꝛ.s.in coꝛdis humilitate. ali/
quãdo equalis.s.in amicabili ꝯuersatõ
ne ⁊ societate. Istã regulã seruauit apo
stolus.i.Thes.ij. Facti sumus paruuli i
medio vestrũ.Ecce qñtã humilitas tã/
quã si nutrix foueat filios suos. Ecce ꝙ̃
ta auctoꝛitas.quoniã carissimi facti estis
nobis.Ecce quãta amicabilitas. ¶ Ter
tio habuit humilẽ sciam. Primo.n.hũit
sciam supbã.Gal.i.Proficiebã in iudais
mo supra multos coetaneos meos abũ
dantius emulatoꝛ existens ⁊c̃. Cã autẽ
erat defectus charitatis.i.Coꝛ.viij.Sci/
entia inflat.charitas edificat. postmõm
aũt habuit humilẽ sciam.i.Coꝛ.ij. Non
iudicaui me aliquid scire inter vos nisi
xp̄m iesum ⁊ hunc crucifixũ. ¶ Quarto
habuit humilẽ vitã q: nõ reputabat se ꝑ
fectũ.Phil.iij. Nõ ꝙ iam accepim aut ꝑ
fectus sim ⁊c̃. Non audebat se reputare
iustum.i.Coꝛ.iiij.Nihil mihi ꝯscius suꝫ.
sed in hoc iustificatus sum. Reputauit
se oĩum sanctoꝝ minimũ.Ephe.iij. Mi
hi oĩum sanctoꝝ minimo data ẽ gratia
hec.Reputabat se peccatoꝛẽ maximũ.i.
Timo.i.Christ⁹ iesus venit in hũc mun/
dũ peccatoꝛes saluos facere.quoꝝ pri
mus ego sum. ¶ Tertio ꝯuersus est ab
ignoꝛantia in sapiẽtie claritatẽ. Habuit
enim triplicẽ sapientiã.s. mosaicã.euan
gelicam.⁊ supintellectualẽ siue diuinã.
¶ Primã didicit in scholis iudeoꝝ.
Act.xxiij.Ego sum vir iudeus secus pe
des gamalielis eruditus iuxta veritatẽ
paterne legis. ¶ Secũdã didicit i scho
lis apostoloꝝ in quibus magistrū hũit
solum xp̄m.Gal.i.Notũ vobis facio euã
geliũ qd̃ euangelizatũ est a me.q: non est
secundũ hoiem.neqꝫ eĩm ab homine ac
cepi illud neqꝫ didici .sed ꝑ reuelatõem
iesu xp̄i. ¶ Tertiã didicit in scholis an
geloꝝ.ij.Coꝛin.xij.Scio hoiẽ in xp̄o an
te annos quatuoꝛdecim siue in coꝛpoꝛe
siue extra coꝛpus nescio deus scit.raptũ
huiusmodi vsqꝫ ad tertiũ celũ ⁊c̃. Ecce
ꝙ̃ gradatim ad summũ sapiẽtie deuenit
apostolus.q: de magnis scholis iudeoꝝ
translatus ẽ ad scholas maioꝛes aploꝝ
Et de maioꝛibus scholis apostoloꝝ trãs/
latus est ad maximas scholas angeloꝝ.
Et q: in his tribus scholis sic sapiam di
dicerat.ideo ꝯueniens ꝑ̃dicatoꝛ erat.iõ
scd̃m Dionisiũ ꝑ̃dicabat sapienter.dulci
ter.⁊ infatigabiliter. Unde dicit in epi
stola de moꝛte Pauli. Abissum sapiẽtie
fistulam altissonã ꝑ̃dicatoꝛẽ veritatis in
fatigabilẽ paulũ dico nobilissimũ aplꝫ.
¶ Sermo .lxxvij. ¶ De eodem Sermo
quintus.

Subito circumfulsit eum
lux de celo ⁊c̃. An
te ꝯuersionẽ erat paulus val
de infirmus.sꝫ hodie fuit mi
rabiliter curatus. ¶ Circa istam curatio
nem tria videre debemus.s. curationis
modũ.curatõis effectũ .⁊ curationis si
gnum.Modus enim curatõis fuit mul
tiplex. ¶ Primo curatus est ꝑ adustio
nem quãdo.s.ignis de celo descendit ⁊
ip̄m circũfulsit.qui ignis omnẽ rubigi
nem peccati in eo ꝯsumpsit. Hester.xij.
Deus nr̃ ignis ꝯsumẽs ẽ. Prouerb.xxv.
Aufer rubiginẽ de argẽto ⁊ egredietur
vas purissimũ. ¶ Scd̃o ꝑ ẽpli appositõ
nẽ.sꝫ quoddã emplꝫ erat moꝛtificatiuũ
cũ dixit Saule saule qd me ꝑsequeris.
Quoddã emplm fuit dulcoꝛatiuũ ⁊ vi
nũ cũ dixit.Ego suꝫ iesus nazarenus.i.
saluatoꝛ tu⁹.Lu.x.Infundẽs oleũ quã
tũ ad dulcoꝛatiuũ.⁊ vinũ quãtũ ad moꝛ
tificatiuũ. ¶ Tertio ꝑ incissionẽ cũ dixit.
durꝫ ẽ tibi ꝯtra stimulũ calcitrar̃.ille.n.
stimulus coꝛ suũ icidit ⁊ omnem saniẽ

peccati eduxit. Hebre.iiij. Viuus ē ſmo
dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior oi gladio
ancipiti. ¶ Quarto p minutōem. Tūc
eniȝ habuit ſpūalē minutiōeȝ: qñ amo/
rem terrenū a ſe abiecit. qȯ notaṫ cū di/
citur. Surrexit de terra.i. de terrena af
fectōe. Hebre.xij. Deponētes omne pōdꝰ
⁊ circūſtans nos pec. ⁊c̄. ¶ Quinto per
obſcurationē. Solent eīm infirmi ⁊ ma/
xime oculos debiles habentes loca ob/
ſcura querere. Sic ⁊ ipe Paulus tribꝰ
diebus fuit exterius excecatus: ſȝ interi
us illuſtratus. ij. Corinth.iiij. Deus q di
xit de tenebris lucē ſplēdeſcere. illuxit
in cordibus noſtris. Augu. Eo tpe quo
paulus nō videbat cetera. miniſterio in
formabaṫ credētiū. quoniā qui credit in
chriſtū ieſuȝ intueri debet cetera. nec na
ta reputare creatura vileſcat: vt crea/
tor dulceſcat. ¶ Sexto per diete obſer/
uationē. Erat eniȝ ipe paulus tribꝰ die/
bus nō videns: ⁊ nō māducauit neqȝ bi
bit. i. Cor.ix. Caſtigo corpus meuȝ ⁊c̄.
¶ Septimo p amare medicine ſumptio
nē. De qua dixit dominꝰ. Ego.n. oſten/
daȝ illi quāta oporteat illū pati pro no/
mine meo. Sed quāuis iſta potio fuit
amara ſenſualitati erat tamē dulcis rō/
ni. ij. Corinth.xij. Libenter gloriabor in
infirmitatibus meis ⁊c̄. ¶ Octauo per de
uotā orōneȝ. Unde dixit dñs ananie. ec
ce eīm orat. Jaco.vi. Orō fidei ſaluabit
infirmū. ¶ Nono per diuinā incātatōȝ
cuȝ dr̄. Imponas illi manū. Confeſſo/
res eniȝ dei ſunt dei incantatores qui ō
corde ſerpentē expellūt. ſȝ de multis dr̄
ſicutꝰ aſpidis ſurde obturantis aures
ſuas. ¶ Decimo p balnei adminiſtratio
nē cū dr̄. Surgēs baptizatus ē. Tale.n.
balneuȝ lauat peccatū. Sed diciṫ Eccl.
xxxiiij. Qui baptizaṫ a mortuo ⁊ iteruȝ
tangit mortuū. quid prodeſt lauatio eiꝰ
¶ Undecio p ſudorē. Sudores anime
ſunt eius lachryme quas ipſe i triduo ef
fudit. Chryſo. Paulus ꝯſolationē acci
piebat in lachrymis. ¶ Duodecimo per
obedientie adimpletionē. Omnia eniȝ
pcedētia nō pdeſſent niſi infirmus medi/
co obediret. qȯ notaṫ cū dr̄. Dñe qd me
vis facere. Bern̄. Heu plures habemus
illius ceci ꝙ apoſtoli noui imitatores.

Quid vis inquit dñs ad cecuȝ vt faciaȝ
tibi. ¶ Secūdo cōſiderare debemus cu
rationis effectuȝ qui erat valde miracu
loſus ⁊ gratioſus: qui de vaſe perditōis
mutatus ē in vas electōnis. vnde dixit
dñs. Vas eletcōis mihi eſt iſte: vt portet
nomē meuȝ coraȝ gētibus ⁊ regibus ⁊
filijs iſrael. Olim quidā a predicatōe ceſ
ſabant ꝓpter timorē tyrānoruȝ. Quidā
ꝓpter ſubſannatōem phoꝝ: qui deride
bant predicātes hómineȝ crucifixum.
Quidaȝ propter ſcādalū iudeorū: q de
hoc magnū ſcandalū accipiebāt. ſȝ bea/
tum paulū retrahere a predicatōe n̄ po
terat nec timor tyrānoꝝ. ideo dicitur.
Ut portet nomē meuȝ coraȝ regibꝰ. Nec
ſubſannatio gentiliū phoꝝ. iō dr̄. Et gē
tibus. Nec ſcandalū iudeorū. iō dr̄: Et fi
lijs iſrael. i. Corinth.i. Predicamꝰ chri
ſtum crucifixū iudeis quidē ſcādalū. gē
tibus aūt ſtultitiā. ¶ Tertio videre dbe
mus curatōis ſignū. ſicut aūt oſtēdiṫ p
q̄ ſigna quis corpaliṫ ſanatus ē. ſic etiā
ſūt quatuor ſigna p que oñdiṫ qs ſit cu/
ratus ſpūaliter. Que quidē in aplo pſe
cte fuerūt. ¶ Primū ē appetitus ordina
tio. Nō.n. ipſe appetebat carnalia: quia
mors aīe ſunt. Ro.viij. Si ſm carnē vixe
ritis moriemini. Nec terrena: qr vani/
tas ſunt. ps. Ut diligitis vanitatē ⁊ que
ritis mendaciū. ſed ſpūalia qr vita ani
me ſunt. Hec ſignificanṫ p ſquamas que
ab oculis eius ceciderūt. Squame eniȝ
repūtant carnalia qr inquināt affectuȝ
⁊ repūtant terrena que ēt obſcurant in
tellectū. ¶ Scōm ſignū ē totius cordis
⁊ corporis fortificatio. Vñ dr̄. Et cū ac
cepiſſet cibū cōfortatus ē. Adeo quideȝ
fuit fortificatus ꝙ nec in corpe ledi po/
terat per impugnatōem: nec in corde p
timorē. v. Corinth.vij. Foris pugne. itus
timores. ¶ Tertiū ſignuȝ ē coloris venu
ſtas. Fuit.n. cādidus per puritatē. ij.
Corinth.i. Gloria noſtra hec eſt teſtimo
niuȝ cōſciētie noſtre. Et rubicūdus per
charitatē. Roma.v. Charitas dei diffu/
ſa ē in cordibus noſtris. Ideo in ſua paſ
ſione emiſit lac: in ſignū puritatis. ⁊ ſan
guineȝ in ſignuȝ charitatis. ¶ Quartū
ſignum eſt cordis ⁊ corporis mira agi/
litas. Adeo quidem fuit agilis. ꝙ ſicut

dicit Chryso. Paulus velut pēnatus totū puolauit orbez. Adeo fuit etiā agilis ꝙ nullū habuit pondus terrenoꝝ. nullū circūstans peccatū. nullū impatiētie viciū: qꝛ semp respiciebat ad celeste spectaculū. Unde ipse ait Hebꝛe. xij. Deponētes omne pondus ⁊ circūstās nos peccatū. Per patiētiā curramus ad ꝓpositū nobis certamē respiciētes in actorē fidei ⁊ cōseruatorē iesum.

Sermo. lxxviij. ¶ De purificatōe btē marie virginis Sermo pmus.

Suscepimus deus misericordiaz tuā in medio tēpli tui. ps. Olim sancti pres erāt in cōtinua expectatōne. Ysaie. xxviij. Expecta expecta. Moderni sunt in deuota suscep tōe. Luce. i. Suscepit israel puerū suū. Beati aūt sūt in secura possessiōe Mat. xxv. Uenite bñdicti pris mei. possidete paratū vobis regnū. Ecclesia igit deo grās agens non dicit. Expectauimus deus misericordiā tuā: qꝛ hoc fuit antiquoꝛuz. Nō ēt dicit. possidemus deus misericordiā tuā: qꝛ hoc est beatoꝛū. sed dicit. Suscepimus deus misericordiā qꝛ hoc est modernoꝛū. Et pōt verbuz ꝓpositū itelligi de quadruplici templo. s. materiali virginali. spūali ⁊ rōnali. ¶ Ad tēpluz quidē materiale beata maria hodie venit ⁊ filiū obtulit ⁊ pñtauit. Cum tñ nō teneref. Nec quantū ad lrālem legis iussionē. Nec q̄ntum ad spūalē rōnē. Nec q̄ntū ad mysticaz significatōem. Tres eīm videbanf eē cause quare puer quadragesimo die in tēplo pñtabaf. Una erat lrālis: quia lex preceperat Leuit. xij. vt mulier que suscepto semine masculū pepisset ipm quadragesimo die in tēplo pñtaret. Ista autē causa christū nō tangebat qꝛ nō erat ꝯceptus ex humano semine: sꝫ mystico spiramine. ¶ Secūda causa erat spūalis qꝛ per hoc dabaf itelligi ꝙ deus in tēplum suū spūale. idest i aīam per grām spūalē. ingredif quādo decalogus cū fide quattuoꝛ euangelioꝝ ab homine obseruaf. Ista secūda rō christū similiter nō tangebat: qꝛ plenitudinez gratiaruz ab instāti sue ꝯceptōis receperat. ¶ Tertia causa erat quedam ratio mystica. Per hoc eniz dabaf intelligi ꝙ sicut puer die quadragesimo igrediebaf templū materiale: sic anima pueri quadragesimo die a ꝯceptōe vt sepiꝰ ingrediebaf templuz suuz coꝛpale. Ista tertia rō similiter in chꝛisto locū nō habuit: qꝛ coꝛpus eius p quadraginta dies foꝛmatū nō fuit: sed in instāti fuit ⁊ corpus foꝛmatū ⁊ anima ifusa ⁊ diuinitas anime: ⁊ carni vnita. vnde Grego. i moral. Angelo nūciante ⁊ spū sancto adueniēte: mox in vtero verbuz. mox itra vteruz verbuz ⁊ caro. Quāuis igif non teneref. voluit tamē xp̄s se subijcere legi per humilitatez qui tñ erat supꝛa legez per auctoꝛitatē. In veteri eniz testamento erāt quidā in lege qui ipam legez seruabāt ex amoꝛe. Quidā sub lege q ipam legē seruabāt ex timoꝛe. Quidā contra legez qui neutro modo eā seruabāt. Supꝛa legez aūt nullus erat nisi chꝛistus q legē dederat. ⁊ tamē voluit eē i lege seruādo ipsaz per spontaneā volūtatem. ⁊ sub lege subijciēdo se sibi p humilitatē: ⁊ nō ꝯtra legē sed ꝓ lege implēdo ipm per euangelicā veritatez: qui tamē erat supꝛa legē p diuinā ptātē. ¶ Scōo pōt intelligi de tēplo virginali: de quo tria videnda sunt. ¶ Primo quare virgo dicaf templū. quare mediū. ⁊ qualiter in eius medio diuina misericoꝛdia sit suscepta. ¶ Dicif aūt templuz quasi tenēs ampluz. Et ipsa habuit amplū affectū ad deuz diligēdū. amplū vteruz ad deū capiendū. amplū intellectū ad deū cognoscēduz: ⁊ amplū sinū ad compatiēdū. De ista quadruplici amplitudie bñ dicif Eccle. xxiiij. Ego mater pulchꝛe dilectōis ⁊ timoꝛis: ⁊ magnitudinis ⁊ sancte spei. Si quidez amplitudo charitatis ampliauit eius affectū. ideo dr̄. Mater pulchꝛe dilectōis. Amplitudo timoris ampliauit eius vteruz. ideo sequif. Et timoꝛis per hoc eniz demōibus ē valde terribilis. Amplitudo sapiētie ⁊ veritatis ampliauit eius intellectuz. ideo sequif. Et magnitudis. Amplitudo pietatis ampliauit eius sinuz. ideo subdif. Et sancte spei. ¶ Dicif autez mediū triplici ratiōe. ¶ Primo quia ē mediuz nostre salutis. ps. Deus autem rex noster

ante secula operatus est salutez in medio terre. idest in vtero virginis gloriose marie cuius caro nõ fuit simpliciter terra: sed mediũ terre. Caro .n. christi fuit sine peccato ꝯcepta ⁊ sine peccato nata. ideo fuit mons terre. sed caro nr̃a cũ peccato ꝯcipit̃ ⁊ cũ peccato nascit̃. ideo est vallis terre. Caro autez beate marie mediũ tenet. Fuit eniz cum pc̃o originali cõcepta: sed sine pc̃o nata. Et iõ ẽ collis siue mediũ terre. ¶ Secũdo ẽ mediũ nostre recõciliatõis. Ideoqz vocat sol. Canti. vi. Electa vt sol. Sicut eiz sol hꝫ tres planetas supra se: ⁊ tres ĩfra se: ⁊ ipse est medius. Sic virgo gl'iosa beata maria habet supra se in trinitate tres personas: ⁊ infra se tres status saluãdoruz scꝫ virginuz. ꝯtinentiũ. ⁊ cõiugatoruz. Et ipsa in medio cõstituta vbi ip̃az beataz trinitatẽ recõcillat tribus statibꝰ saluãdorum. ¶ Tertio dicit̃ mediũ nostre aspiratõis. Omnes eniz sicut ad mediuz ad ipsaz aspiciũt ⁊ aspirãt. Bern. Ad ipsaz sicut ad mediũ: sicut ad causaz reruz omniũ. sicut ad negociũ singulorꝫ respiciũt vniuersi ⁊ q habitant in celo ⁊ qui ĩ inferno: ⁊ qui nos p̃cesserũt: ⁊ nos qui sumus ⁊ qui nos sequũtur: ⁊ nati natoruz: ⁊ qui ab illis nascent̃. Qui in celo sunt vt restaurẽtur: ⁊ qui in inferno sunt vt eripiãtur. Qui p̃cesserũt vt fideles prophete inueniant̃: ⁊ qui sequunt̃ vt glorificẽtur. In hoc igit̃ medio misericordia dei ẽ suscepta. olim quidez dei misericordia tua hitabat ĩcelo. p̃s. Dñe in celo misericordia tua. Deinde inclusit se in iudeorũ angulo. postmoduz posuit se in virginis vtero. Tandẽ in natiuitate diffusa ẽ in toto mũdo. p̃s. Misericordia domini plena ẽ terra. ¶ Tertiõ põt exponi de templo sp̃uali. i. de ecclesia militãte que ẽ mediũ inter sinagogã ⁊ ecclesiã triũphãtẽ q̃tuz ad cognitõez diuiorꝫ. In synagoga eim fuit cognitio vmbratica. Hebre. x. Umbrã eniz habẽs futurorũ bonorꝫ ⁊c̃. In ecclesia triũphãte ẽ cognitio clara ⁊ apta. i. Corꝫ. xiij. tũc aũtẽ facie ad faciẽ. In ecclesia autẽ militãte ẽ quasi cognitio media. i. speculatiua. Ibidẽ. Uidemus nũc per speculuz in enigmate. In medio huiꝰ ecclesie misericordia dei suscipit̃ ⁊ inuenit̃. In synagoga eniz de dĩ misericordia erat magna carẽtia. vnde ꝯquerebat̃ p̱pheta. Quare faciẽ tuã auertis ⁊c̃. In iudicio erat magna indigẽtia. Und̃ dixerũt virgines sapiẽtes fatuis. Ne forte nõ sufficiat nobis ⁊ vobis ⁊c̃. In inferno erat omnimoda carẽtia. ita ꝙ diues modicũ aque habere nõ potuit. modo aũt ẽ magna copia. p̃s. Apud dominũ misericordia ⁊ copiosa apud ⁊c̃. ¶ Quarto põt exponi de tẽplo rõnali. i. de viro iusto q̃ dr̃ templũ dei viui. ij. Corinth. vi. Uos eniz estis templũ dei viui. In cuiꝰ corde nõ debet eẽ angulus sed mediũ. Angulus eniz hꝫ impuritatẽ. obscuritatez ⁊ curuitatez. ac quandã singularitatez. Mediũ aũt hꝫ mundiciã. euidẽtiã. rectitudinẽ. ⁊ cõmunitatẽ. Christus igit̃ non habitat in ãgulo: sed in medio: q: ẽ amator mũdicie. sapiẽtie. intẽtõis recte: ⁊ cõuersatõis grate. Ideo quatuor nominibus a symeõe noiatus est. s. gloria. lumẽ salutare ⁊ pax. Q: .n. ẽ gl'ia dei requirit mũdiciã ⁊ puritatẽ. q: vero ẽ lumen dei requirit sapiẽtie claritatẽ: ⁊ q: ẽ salutare dei requirit intẽtõis rectitudinẽ. nequaꝙ̃ eim salutẽ tribueret nisi intẽtõez rectaz inueniret q: est pax requirit pacificaz ⁊ cõem ꝯuersatõem. Et p̱pter ista quatuor dr̃ Luce. i. Seruiamus dño i sãctitate. i. in mẽtis puritate. ⁊ iustitia. i. in cõmuni ⁊ pacifica ꝯuersatõe. Justitia eim ẽ virtus vnicuiqz reddẽs quod suũ ẽ corã ipso p̱ rectã. s. intẽtõem oibus diebus nostris habẽdo sapiẽtie illustratõz. Tota eniz vita sanctorũ dꝫ esse dies. i. clara ⁊ lucida. vel. s. sapia illustrata.

Sermo. lxxix. ¶ De eodẽ die sermo. ij.

Statim veniet ad tẽpluz scũm suũ dñator quẽ vos queritis. ⁊ angelꝰ testamẽti quẽ vos vltis ⁊c̃. Malach. iij. superius p̱pheta agens de aduentu precursoris. Ecce ego mittam angelũ meũ imediate subdit. Et statiz veniet ad templuz. In quibus verbis quatuor ponũtur. ¶ Primo eniz ponit̃ tempus quãdo veniet cuz dicit̃. Statiz veniet. ¶ Secundo locus ad quez veniet, cuz dicit̃ ad templũ suũ. ¶ Tertio pso-

na que venit cuz dicit. Dominator quez
vos queritis. ¶ Quarto causa propter
quã venit: cũ subdit. Ipse eniz q̃si ignis
cõflans ⁊ quasi herba fullonũ. ¶ Circa
primũ notãdũ ꝙ xp̃s statiz secutus ẽ io-
annẽ. sicut sol statiz sequit luciferũ. xp̃s
eniz est sol. Malach. iiij. Uobis timẽti-
bus nomẽ meũ oriet sol iusticie. Joãnes
aũt lucifer dr̃. Job. xxxviij. Nũquid p-
duces luciferũ in tpe suo sicut sponsus
sequit panymphũ. Christus. n. dicit esse
spõsus. Joãnes aũt amicus ⁊ paranym
phus sponsi. Joã. iij. qui hz spõsaz spõ-
sus est. Amicus aũt sponsi ⁊c̃. Sicut do
min⁹ statiz sequit suũ p̃cursorẽ. Christ⁹
eni fuit dñs ⁊ ioãnnes p̃cursor. Luce. i.
Preibis eniz ante faciẽ dñi ⁊c̃. Sic ver-
bũ statim sequit vocẽ suã. xp̃s. n. ẽ verbũ
Jo. i. In principio erat verbuz. Joãnes
aũt vox. vt de hoc ẽt ibidẽ dr̃. Ego vox
⁊c̃. ¶ Secũdo ponit locus ad quẽ venit
cũ dr̃. Ad templũ scũm suũ. Uirgo eniz
beata quadragesimo die ad templũ ve-
nit ⁊ filium presentauit vt se purificaret
cuz tamẽ ad hoc nõ teneret: nec rõne le-
gis: nec rõne sue puritatis. ¶ Non eniz
tenebatur rõne legis. Lex eniz tria sup-
ponebat. s. fractionẽ. ideo dixit. Mulier
que fractõem sonat. Seminũ cõmixtiõz
Et ideo dixit. Que suscepto semine. Et
assimilationez ꝙ scilz generet filiuz sibi
similez in natura. ideo dicit. Pepit ma-
sculuz. In virgine autez nõ fuit fractio:
sed integritatis illibatio. non erat semi
nuz cõmixtio: sed spirit⁹ sancti opera-
tio: ⁊ quauis filiuz genuerit sibi similez
quantũ ad naturaz humanã. tamẽ fuit
omnino dissimilis quantũ ad naturam
diuinaz. ¶ Secũdo nõ indigebat puri-
ficatõe ratiõe prolis, q: in christo triplex
erat natura purissima scilz diuinitas lu
cida. Sapiẽtie. vij. Candor est eniz lucis
eterne ⁊c̃. Aia sanctissima. Eiusdẽ. viij.
Sortitus suz animã bonaz ⁊ caro ima-
culata. Ibidẽ. Ueni ad corpus coinqui
natuz. ¶ Nõ etiaz indigebat purificatio
ne ratiõe sue puritatis. Naz ipsa beata
virgo maria erat a patre sãctificata. p̃s.
Sanctificauit tabernaculũ suuz altissi-
mus. A spiritu sancto repleta. Luce. i.
Spirit⁹ sanctus superueniet in te. A fi-
lio impregnata. Ibidez. Quod eni ex te
nascet sanctuz vocabit. A tota trinita-
te obumbrata: vt etiaz ibidez. Et virtus
altissimi obumbrabit tibi. Nõ eniz ipsa
indigebat purificatõe. que portabat flo-
rez amenuz scilz illũ de quo dicit Cant.
ij. Ego flos campi balsamuz odoriferũ.
Eccle. xxiiij. Cinnamomuz ⁊ balsamuz
aromatizans ⁊c̃. ⁊ etiaz splendorez diui
num. Hebre. prio. Qui cuz sit splendor
glorie ⁊c̃. Uas autez plenuz floribus re-
cepit maiorez amenitatez. plenum bal-
samo: recepit maioris odoris suauitatẽ.
plenũ splendore recepit maiorez clarita
tem. Et quãuis non indigeret voluit ta-
men purificari: vt ostenderet ei⁹ humi
litatez. Et vt ostẽderet paupertatez. Jõ
pauperuz oblationez elegit. ⁊ vt ostẽde-
ret obediẽtie sanctitatez. ⁊ vt ostẽderet
conuersatõis cõmunitatez. Berũ. Bea-
ta virgo nõ indigebat purificatiõe; sicut
nec filius circũcisiõe. Esto tamẽ inter fe
minas sicut vna earuz. nam ⁊ filius tu-
us sic est in numero puerorũ. ¶ Tertio
ostẽditur persona que venit: cum dicit.
Et dñator quez queritis ⁊ angelus testa
mẽti quez vos vultis. Et vocatur dupli
citer. s. dñs ⁊ angelus. Scdm aũt diony
siuz in lib. de diuinis noibus: dñs tria i
portat. s. p̃eminẽtiã. cõtinentiã. ⁊ perma
nẽtiã. Ipse eniz omnib⁹ p̃eminet. p̃s. Ex
celsus sup oẽs gentes dñs. Omnia possi
det ⁊ cõtinet. p̃s. Dominabit a mari vs-
qz ad mare. Omnia potẽter cõseruat: ⁊
in suo dñio pmanet. Danielis. iiij. Po-
testas eius potestas eterna. Ista aũt tria
xp̃s hodie occultauit. s. preeminẽtiã in
eo ꝙ tanq̃ seruus se legi subiecit. Conti
nẽtiaz: in eo ꝙ tanquã paup oblatiõem
pauperũ elegit. Potentiã: in eo ꝙ tanq̃
ifirmus ad templuz deduci voluit in vl
nis matris sue. Uocatus est ẽt angelus
nõ rõne nature sed ratione officij. Sz au
tez Dionysiuz in libro de angelica hie-
rarchia. Officiuz angeli est purgare. il-
luminare. ⁊ pficere. Istud triplex offim
hũit xp̃s: ideo symeon vocat xp̃m saluta
re. lumẽ ⁊ gloriã. Ip̃e. n. purgat remittẽ
do culpaz. ideo dicit salutare. Illumi-
nat dando cognitõem diuinaz. ideo di-
cit lumẽ. Perficit õducẽdo ad cognitio

nez ⁊ ꝯsumationē eternam. ideo dr̄ glo ria. ¶ Quarto ponit cā ꝑp quā venit: ⁊ tāgit hic cū dr̄: Ipe eīz q̄ſi ignis ⁊c̄. Ubi notādū ꝙ ipſe ad q̄ttuoꝛ venit. ſ. ad co/ lādū auꝝ: ad ꝯflādū argētū: ad lauādūz veſtes vt herba fullonū: ad purgādum opa leui. i. dei miſtroꝝ. In hoīe q̄dē ſūt ſapia: eloq̄ētia ⁊ opa que facit ꝙ̄tuz ad ꝓximū: ⁊ opa q̄ facit ꝙ̄tū ad deū. Et iſta ſepe hn̄t aliq̄d iperfectōis. Nam ſcia hꝫ iflationē: eloq̄ētia hꝫ variū ſermonez. Opa q̄ facimus ꝙ̄tuz ad ꝓximū: oſtenta tionē. Opa q̄ facimus ꝙ̄tuz ad deū: ſepe hn̄t remiſſionē. Ergo auꝝ ſciētie eſt co/ landuz ab oī inflatōe. Job. xxviij. Auro locus ē in quo ꝯflat. Argētū eloq̄ētie ē ꝯflandū ab oī inutili ſermone. Prouer. xxv. Aufer rubiginē de argento: ⁊ egre/ diet vas puriſſimū. Opa ꝙ̄tuz ad proxi mū ſunt lauanda ab oī oſtentatiōe. Eze ch. xvi. Laui te aq̄. Opa ꝙ̄tuz ad deū ſūt purgāda ab omni negligētie remiſſiōe. ideo dr̄: Purgabit filios leui. ⁊ ſi filios leui: multo fortius filios babylonis. Lu ce. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet.

¶ Sermo. lxxx. ¶ De eodē ſermo. iij.

POſtq̄ꝫ ipleti ſunt dies purgatiōis bt̄e marie ⁊c̄. Luce. ij. Preceptū tn̄ erat Le uit. xij. ꝙ mulier pariens maſculum. xl. die. pariēs vero feminā. lxxx. ad tēplum cū puero ⁊ puella iret. Preceptū ēt fuit Exod. xiij. ꝙ ꝓmogeniti leuitice tribus deo offerent: aliaꝝ vero tribuū redime/ rent. ¶ Circa hoc aūt q̄ttuoꝛ ſunt q̄ren/ da. ¶ Primo q̄re deus oꝛdinauit ꝙ pu/ er. xl. die tēpluz igrediat. Qđ q̄dē fit vt oſtendat ꝙ. xl. die fit igreſſio in quolibꝫ tēplo. Nā ⁊ puer in. xl. die vt ſepius in/ gredit tēplum ſuū coꝛpoꝛale. Deus poſt xl. dies igredit tēplū ſuū ſpūale. i. aīam qn̄ ſcꝫ decalogus cū fide q̄ttuoꝛ euange lioꝝ ſeruat. Hō iuſtus ꝯpletis. xl. dieb⁹ in pn̄ti vita que ꝑ. xl. dies deſignat in tē pluz igredit celeſte. ¶ Scđo querit q̄re dies duplicant in pariēte feminā. qđ vr̄ fieri triplici d̄ cā. ¶ Prima eſt: q2 mulier duo pctā ꝯmiſit: q2 ⁊ ſupbiuit: ⁊ vetituz pomū comedit. Iō duplici pena fuit pu nita: q2 ⁊ ſub viro humiliata ⁊ in fructu vētris punita. Uir aūt vnū pctm̄ ꝯmiſit q2 vetitū pomū comedit. Et iō in acq̄ren do cibū punitus fuit cum dr̄: In ſudoꝛe vultus tui: veſceris pane ⁊c̄. Quia vnū pctm̄ ꝯmiſit: ſic punitus eſt vna pena in vtero. Sic punit⁹ eſt vna pena extra vte rū. Quia vero mlier duplr̄ peccauit: du plicata ē eius pena tā extra vteꝝ q̄ꝫ i vte ro. ¶ Scđa cā eſt: qm̄ ꝑ viꝝ ſignificatur opa foꝛtia. Et iſta idiget vna ⁊ leui pur/ gatōe: qm̄ aliqn̄ fiunt cū aliq̄ negligētia Eccl. vij. De negligētia purga te cū pau cis. Per mulierē itelligunt ifirma ⁊ car nalia. Et iſta idigent duplici purgatōe. Una q2 mala: alia q2 male fiūt. ¶ Tertia cā eſt. Feminaꝝ q̄dā pariunt maſculū. i. opa virtuoſa. ⁊ tales poſt. xl. dies. i. pre/ ſentē vitā in templuz celeſte igrediunt. Alie pariūt feminā. i. opa q̄dez bona tn̄ cū negligētia facta. Taliuz igreſſus i tē/ pluz celeſte differt donec in purgatoꝛio crucient. Alie ſunt ſteriles q̄ ſꝫ legē erāt maledicte. Et iſte ſunt q̄ a bono ope toꝛ/ peſcūt. Tales ſteriles maledicūt. Mat. xxv. Eſuriui: ⁊ non dediſtis mihi mādu care ⁊c̄. Et ſequit: Ite maledicti in ignē ⁊c̄. Alie ſunt q̄ pariūt mōſtra. i. moꝛtalia pctā. De q̄bus mōſtris dr̄ Geñ. vi. Gigan tes erāt ſup terrā. Qui tn̄ poſtmoduz in diluuio ſūt ſubmerſi. Nā tales in iferni baratruz ſubmergunt. ¶ Tertio querit q̄re ꝓmogeniti potius q̄ꝫ alij duo offere bant. Qđ q̄dez fit triplici de cā. ¶ Pria eſt ad inuendū ꝙ deus eſt cā ꝓma ⁊ ꝓnci piū oīum opeꝝ. Yſa. xxvi. Oīa enim opa nr̄a opatus es dn̄e i nobis. Et ſicut de⁹ eſt ꝓncipiū oīum a quo oīa debemus co gnoſcere: ita eſt finis oīuz ad quē oīa de bemus referre. Apoc. i. Ego ſum alpha ⁊ o: ꝓncipiū ⁊ finis. ¶ Scđa cā eſt ad inu endū ꝙ d̄us occidit ꝓmogenita egyptio ruz. per qđ dat itelligi ꝙ deus nō tm̄ eſt ꝓncipiū oīs boni: ſed ēt ē deſtructoꝛ oīs mali. Yſa. xliij. Ego ſū q deleo inīq̄tates tuas ꝑp me. Et ſicut filij iſrl̄n ſūt libera ti a ſeruitute egyptiaca niſi qn̄ iterfecti ſunt egyptioꝝ ꝓmogenita: ſic nec homo a ptāte dyaboli liberat niſi qn̄ oīa pecca ta occidunt. ¶ Tertia cā ad inuendū ꝙ deus reſeruauit ꝓmogenita iudeoꝝ. per

q̄d dat intelligi ꝙ deus nō tm̄ est princi/
piū oīs boni ⁊ destructor oīs mali: sed ⁊
conseruator ⁊ ꝑfector oīs boni. Phil.ij.
Deus ē q opat in vobis: ⁊ velle ⁊ ꝑficere
ꝓ bona volūtate. ¶ Quarto q̄rit d̄ istis
p̄mogenitis. Nā p̄mogenitoꝝ q̄daꝫ deo
simpl'r offerebant: vt p̄mogenita leuita/
rū. Quedā offerebant sꝫ postmoduꝫ re/
dimebant: vt p̄mogenita aliaꝝ tribuuꝫ.
Quedā ꝯmutabant vt p̄mogenita asini
que ꝯmutabant in ouē. Quedā occide/
bant: vt p̄mogenita canuꝫ. ☞ Est igitur
quoddā p̄mogenitū q̄d deo est solū offe/
rendū. s. intētio. Oē eniꝫ opus intētio p̄
cedit. ⁊ iō ipsa intētio quoddā p̄mogeni
tū est. Istud aūt p̄mogenitū. s. itentionē
deo soluꝫ debemus offerre simpl'r q: in
n̄ris opibus nō nostrā sed dei gloriā de/
bemus intēdere. Ysa. xlij. Gloriā meā al/
teri nō dabo. ☞ Est aliud p̄mogenitū q̄d
deo offert sed postmodū nobis relinquit
scꝫ ipsa volūtas. Oē eniꝫ q̄d agimus vo/
lūtas p̄cedit. Et iō ipsa volūtas quoddā
p̄mogenitū est. Ipsaꝫ aūt voluntatē deo
offerre ⁊ cōsecrare debemus. Sed tn̄ in
n̄ra potestate eā ab ipso recipimꝰ: q: ali/
as opa n̄ra nō eēnt meritoria nisi essent
volūtaria. Eccl'. xv. Deus ab initio crea/
uit hoīeꝫ: reliq̄t in manꝰ ꝯsilij sui. ☞ Est
aliud p̄mogenitū q̄d ē ꝯmutādū: sicut fa
tuitas asinina ꝯmutāda ē in simplicita/
tē ouinā. Opa eiꝫ fatuoꝝ p̄cedit fatuitas
Et iō ipa fatuitas q̄si p̄mogenitū ē in ip
sis. i. Coꝝ. xiiij. Nolite pueri effici sensi/
bus: ecce fatuitas asinina. Sed mali/
tia puuli estote: ecce simplicitas ouina.
☞ Est aliud p̄mogenitū q̄d est simpl'r oc
cidēdū: sicut mala suggestio inimici: q̄ ē
p̄ncipiū oīuꝫ pctōꝝ: ⁊ iō ē quoddā p̄mo/
genitū. Ista enim istar canis mentē mor
det ꝑ ꝯsensuꝫ: lacerat trahēdo ad opus
maluꝫ: ⁊ fedat dū ꝑ ꝯsuetudinē aīam in
peccatis ⁊ in putredine peccati iacere fa
cit. Eccl'. xxv. Nō est caput nequius sup
caput colubri: ⁊ nō est ira super iraꝫ mu/
lieris. Caput colubri est suggestio dya/
boli qui est nequā: q: est principiuꝫ oīuꝫ
subsequentiū malorum. Ira mulieris est
effrenata ꝯcupiscētia maloꝝ sensualita/
tis. Sed suggestio demonis est occiden
da: ⁊ concupiscētia sensualitatis subra
tionis imperio subiuganda ⁊c̄.

¶ Sermo.lxxxi. ¶ De eodem die Sermo quartus.

Quz inducerent puerū iesuꝫ parētes eius. Luce.ij. Ad celebrādū p̄sītē
solēnitatē tres ꝑsone p̄ncipal'r conuene/
rūt. s. symeon cū obuiatōe ⁊ portatione.
Vn̄ dr̄: Senex pueꝝ portabat ⁊c̄. Jesus
cū oblatōe: ⁊ maria cū purgatōe ¶ Sy/
meon igitur puero obuiauit: ⁊ ip̄m in vl
nis portauit. s̄m Glo. Puer iesus a quat
tuor ꝑsonis tunc portatus fuit. s. a beata
maria: a ioseph: a symeone: ⁊ ab anna.
Per quos q̄ttuor dat spūaliter intelligi
ꝙ xp̄s per gratiā a q̄ttuor ꝑsonis portat
☞ Primo ab illis q h̄nt pniam amarā: q
significant ꝑ mariā. Tal'r portabat apl's
q dicebat Gal'. vi. Ego eīm stigmata dn̄i
iesu in corpore meo porto. Et ibidē. Qui
aūt sunt xp̄i carnē suā cū vitijs ⁊ cōcupi
scentijs crucifixerūt. Heb. xiij. Exeamus
igit ad eū extra castra iꝑoperiū eiꝰ por
tantes. Jmproperiū xp̄i sunt afflictiōes
q̄s patimur ꝓpter xp̄m. q̄ ab iꝑfectibus
iꝑroperiū reputāt. i. Coꝝ. xv. Sicut por
tauimꝰ imaginē terreni. i. culpā: sic por
temus imaginē celestis. i. penā. ☞ Scd̄o
portat ab illis q h̄nt opationē ꝯtinuaꝫ:
que significant per ioseph: q interpretat
augmētū. Tales ab adolescētia icipiūt:
⁊ vsq; in finē nō deficiūt. Threñ. iij. Bo/
nū est viro cū portauerit iugum dn̄i ab
adolescētia sua. Tales eiꝫ nō retrocedūt
vt frigidi: nec subsistūt vt tepidi: sed ꝓfi
ciūt vt feruētes ⁊ calidi. Apoc. iij. Utinā
frigidus esses aut calidus ⁊c̄. ☞ Tertio
portat ab illis q h̄nt ēt in aduersis lōga
nimitatē ⁊ ꝑseuerātiā: q significant per
symeonē q habuit in expectādo lōgani
mitatē ⁊ ꝑseuerantiaꝫ. Eccl'. vi. Subijce
humeꝝ tuuꝫ ⁊ porta illā. s. diuinā sapiē/
tiaꝫ. Quidā subijciūt os: qui sciūt alios
iducere ad penitētiā. Quidā digitos: q
aliqualeꝫ seu modicā h̄nt patiētiā. Qui
daꝫ manū sinistraꝫ: qui sunt patiētes in
paruis tribulatōibus ⁊ aduersis. Qui/
dam manū dexterā subijciunt: q sunt pa
tientes in prosperis. Quidā humeros: q
patiētiā portāt i grauibus tribulatōibꝰ

⁊ penis. ¶ Quarto portaꝛ ab illis q̄ hn̄t puritatē ⁊ munditiā: q̄ significatur per annā que mūditiā ⁊ ꝯtinentiā seruauit. Portant eim̄ xp̄z q̄ habēt munditiā corporis. i. Cor. vi. Glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro. Qui hn̄t puritatē mētis. Unde spōsa īuitat spōsū Cant. i. dicēs: Lectulus noster floridus. Qui habēt claritatem honeste ꝯuersatōis: sicut habuerūt virgines sapiētes q̄ habuerūt oleū niti de ꝯsciētie cū lumine claritatis ꝯuersatōis honeste. ¶ Scd̄o in hac solēnitate fuit iesus cū oblatōe. Obtulerunt eim̄ eū dn̄o ⁊ ꝓ eo vnum par turturꝝ vel duos pullos colūbaꝝ. Nō eīz obtulerūt agnū ꝓpter paupertatē siue ꝓpter veritatē: q꞉ veꝝ agnum offerebāt. siue ꝓpter mysticā significatōez: vt. s. s̄m Glo. Qui nō pōt offerre agnū īnocētie ad lachrymas currat penitētie: que significaꝛ per colūbas ⁊ turtures que ꝓ cantu habent gemitū. ¶ Notādum q̄ xp̄s quadruplr̄ fuit oblatus. ¶ Primo a patre in mūdū Gal. iiij. Misit deus filiū suum natū de muliere ⁊c̄. ¶ Secūdo a mūdo ipsi deo sicut hodie ad īnuendū q̄ ea que a deo recipimus: ipsi deo reddere deberemus i. Paral. vlt. Tua aūt sunt oia q̄ de manu tua accepimus: reddim⁹ tibi. ¶ Tertio a seipso in crucis patibulo. Hebreo. ix. Semetipsum obtulit imaculatū deo. ¶ Quarto offerꝛ quotidie a nobis in sacrificio. Malach. i. In omni loco sacrificaꝛ: ⁊ offerꝛ tibi oblatio mūda. ¶ Tertio in hac solēnitate fuit maria cū purificatione que nō īdigebat purificari: q꞉ tota purissima fuit. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nō est in te. Ipa eníz fuit pulchra: q꞉ in vtero sanctificata. Fuit tota pulchra: q꞉ oibus virtutib⁹ ⁊ gratijs fuit illustrata. Fuit dei amica: q꞉ a dei filio adamata. Fuit sine macula: q꞉ ab omni peccato imunis fuit effecta. Nos autē non sumus pulchri: q꞉ multoruz peccatoꝝ deformitatib⁹ fedati. Nec toti pulchri: q꞉ multis defectib⁹ sumus circūdati. Nec sine macula: q꞉ multis venialibus sumus respersi. Nec sum⁹ certi q̄ sumus dei amici: q꞉ nō nescimus an amore an odio simus digni. Flebat autem ista purificatio per agnum aut per turtures: aut per duos pullos colūbaꝝ. Illi eníz vere purificanꝛ q̄ habēt inocentiaz qui significanꝛ per agnum. p̄s. Ego autē in innocētia mea ⁊c̄. Qui habēt vitaz ꝯtēplatiuā: qui significanꝛ ꝑ turturē que est auis soliuaga. Qui habēt vitam actiuā: qui significanꝛ per colūbā q̄ gregatiz volat. Utraq꞉ aūt auis bina poniꝛ ⁊ vtraq꞉ gemitū ꝓ cantu habet. Cōtemplatiua eníz dz habere oculū duplicem. vnū quo ꝯtēpleꝛ celestia ad desiderādū. aliū quo videt terrena ad despiciēdum. p̄s. Ascēdit vsq꞉ ad celos: ⁊ descendunt vsq꞉ in abyssuz ⁊c̄. Actiua aūt dz habere duplicē actum. vnū erga se ad sui correctōez. p̄s. Exercitabar ⁊ scopebā spm̄ meuz. Aliū erga ꝓximū: ad eius edificationez. Mat. v. Sic luceat ⁊c̄. Et vtraq꞉ habet duplicē gemitū. Contēplatiua enim dz habere gemitū amoris: pro desiderio celestis patrie. Roma. viij. Ipsi ītra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei expectātes. Et deuotōis: pro ꝯsideratōe passionis dn̄ice. Threñ. ij. Iccirco ego plorās ⁊ oculus meus deducēs lachrymas: q꞉ lōge factus est a me ꝯsolator meus. Similiter actiua debet habere gemitū cōpunctōis pro peccatis ꝓprijs. p̄s. Lauabo ꝑ singulas noctes lectuz meū: lachrymio meis stratū meū rigabo. Et ꝯpassionis: ꝓ alienis mysterijs. Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā: ⁊ oculis meis fōtem lachrymarū: ⁊ plorabo die ac nocte interfectos populi mei ⁊c̄.

¶ Sermo. lxxxij. ¶ De eodē die s̄mo. v.

OPortet impleri scripturā quā ꝑdixit spūs sanctus ꝑ os dauid de iuda ꝛc. In hac electōe aplica fit mētio de duobus. ¶ Prio de indigni prelati.s.iude depositōe cuz dr.Oportet impleri scrip.ꝛc. ¶ Secundo de digni surrogatōe:cum dr.Oportz ex his viris ꝛc. ¶ Circa primū notāduz ꝙ prelatus quatuor de cāis deponi debet:ꝑpter quas iudas deponi debuit. ¶ Primo ꝑpter homicidij imanitatem ꝛ maxime qñ homicidiū notoriū ē. Iudas autez homicidiū cōmisit quādo dei filiuz interfici ꝑcurauit. Et illud homicidiū fuit notoriū.vnde dicit. Et notuz factuz est omnib⁹ habitātibus in hierusalē.Est aūt triplex notoriū.s.presūptionis facti ꝛ iuris.Homicidiū ergo ei⁹ fuit notoriuz. ¶ Primo per presumptōem violentaz:quādo cū inimicis capitalib⁹ xpi secretū consiliū iniȷt. Matth. xxvi. Tūc abijt vnus de duodeciz qui diceba tur iudas scharioth.ad principes sacerdotū ꝛc. ¶ Secundo ꝑ facti euidētiā qñ s.vēit cuz turba.cū gladijs ꝛ fustibus cōprehēdere iesuz. Tūc eniz nulla potuit tergiuersatōe celare qn christi mortē tractauerat. ¶ Tertio per cōfessionē ꝑpriā qđ est notoriū iuris quādo homicidium suū manifestauit dicens Matthei.xvij. Peccaui tradens sanguinē iustuz. Et ista cōfessio facta ē in iudicio.i.corā ꝑncipibus sacerdotū qui erant iudices ꝙuis mali essent. ¶ Secūdo deponi debuit ꝑpter hereticā prauitatez. Ipse enim xpi fidez recepit:sed ab ipsa postmoduz preuaricatus est. vnde dr de qua preuaricatus est iudas vt abiret in locū suuz. idest in infernū qui ē locus suus.i.sibi cōgruus. Infernus eniz ē locus fetoris Ysa.xxxiiij. De cadaueribus eorū ascendet fetor:ꝛ ideo sibi competit rōne inuidie. Prouer.xiiij. Putredo ossiuz inuidia.vnde super illo Jo.xij. Quare hoc vnguentum non venit ꝛc.dicit glo. Bono odore moritur serpens.Est locus ardoris:ꝛ ideo competit sibi ratōe ardentis auaritie. Joan.xij. Fur erat ꝛ loculos habens.Est locus horroris.Job.x. Ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat:ideo sibi competit ratiōe proditōis facte ex qua tantus horror totuz mūduz concussit. ꝙ obscuratus fuit sol.terra tremuit:lapides scissi sunt. ꝛ monumēta scissa sunt ꝛ aperta. ¶ Tertio deponi debuit ꝑpter simoniacā prauitatez. Uendidit eniz christuz ꝑ re tēporali.idest pro triginta denarijs. ¶ Notādum aūt ꝙ sunt quedaz annexa spiritualibus:sicut ius patronatus .ꝛ sūt quedaz mere spiritualia: vt sunt ecclesie sacramēta.quedam diuina sicut spiritus sancti dona: sicut remissio peccatoruz.miraculoruz operatio ꝛ huiusmodi.Uēdere aūt spūali annexuz magna ē simonia.Uendere aūt spūale puruz ē simonia maior. Uendere quid diuinū ē simonia maxima.In christo aūt fuit qđdaz spūali annexū.s.eius caro que mediante aīa fuit diuinitati⁹ ānexa ꝛ cōiuncta.fuit quoddaz spūale purū in eo scz eius aīa.fuit in eo quoddā diuinū scilz eius diuinitas beata. Judas ergo vēdēdo xp̄m pessimā simoniā cōmisit:qꝛ vendidit quoddā spūali annexū:qđdā spūale puruz.ꝛ quoddaz ex toto diuinum. ¶ Quarto deponi debuit propter dilapidatōem. ¶ Quatuor aūt modis prelatus dilapidator pōt dici.Aut qñ bōa ecclesie indebite cōsumit.aut quādo ea ꝑ negligētiam perire sinit.aut qñ spūalia negligit.Aut quādo malo exēplo gregē corrumpit:Istis quattuor modis iudas dilapidator fuit. ¶ Primo qꝛ bona xpi indebite cōsumebat.Joā.xij.Fur erat ꝛ loculos habens ꝛ ea que mittebāt portabat. ¶ Secūdo i procurādo negligēs erat.vnde cuz christus dixit ei Jo.xiij. Quod facis fac citius. quidā crediderūt ꝙ dixisset ei.eme nobis que op⁹ sūt ad diez festū.aut ꝙ egenis aliquid daret.Ex quo habetur ꝙ iudas nihil parauerat nec pro die festo:nec ꝑ paupibus. ¶ Tertio spūalia negligebat: qꝛ de pauperibus nō curabat.Joā.ij. Hoc aūt dixit.non qꝛ de egenis ꝑtinebat ad eū ꝛc. ¶ Quarto aplos ꝙtum i se erat malo

exemplo corrūpebat: vñ postꝙ̄ ab aplis exiuit dixit xp̄s Joā.xiij. Nūc clarificat⁹ est filius hoīs. Erat enī iudas cū aplis sicut dyabolus cuꝫ angelis: lupus cum agnis: ꝛ accipiter cū colūbis. ꝛ ideo collegiū aploꝝ nō fuit claꝝ: sed ipso recedēte clarificat⁹ est xp̄s in eo. ¶ Scđo fit mētio de ꝑlati digni. i. mathie surrogatōe: cū dr̄: Oportet ergo ex his viris q nobiscū sunt ꝯgregati ꝛc̄. Circa cuius electionē q̄ttuor tangunt. ¶ Primū est ꝯmēdatio eligēdi. Cōmendat aūt a tribus. s. a magnanimitate ꝯstātie in hoc ꝙ vocat vir. i. virilis. Nō. n. fugit vt mercenari⁹ sed ꝯstāter stetit vt pastor bonus. Greg. Mercēnarius fugit nō mutādo locū sꝫ subtrahēdo solatiū. fugit q̄ȝ iniustitiam vidit ꝛ tacuit. fugit q̄ȝ sub silētio abscondit. ¶ Scđo ꝯmendat a ꝑfectōe scie. Fuit eiꝫ in schola xp̄i q̄ꝛtū ad ichoationem vñ dr̄: Omni tp̄e quo itrauit ꝛc̄. q̄ꝛtuꝫ ad ꝯsumationē cū dr̄: ꝛ exiuit dn̄s iesus inter nos ꝛc̄. q̄ꝛtū ad ꝑsecutionē. vnde dr̄: Incipiēs a baptismate ioānis. q̄ꝛtuꝫ ad terminatōeꝫ. vñ seqtur: Usqꝫ ad diē quo assūptus est a nobis. ¶ Tertio ꝯmendat a sanctitate vite que appet ex noīs iterꝑtatōe: q̄ȝ iterpretat paruus. Et apostoloꝝ electōe: q̄ȝ de tāto numero ip̄m cū ioseph statuerunt. Ex diuina approbatōe: q̄ȝ deus ip̄m alter i ꝑelegit. ¶ Scđo tāgit electōis ꝯmendatio cū dr̄: Et statuerunt duos. Que qdeꝫ ꝯmēdabilis est ex rōne numeri: zeli ꝛ meriti. Ipsa enim fuit magna q̄ꝛtū ad numeꝝ: q̄ȝ de centuꝫ ꝛ vigiti electorib⁹ nullus discordauit. Fuit sana q̄ꝛtū ad zelū: q̄ȝ statuerūt mathiaꝫ extraneū. nulli apostoloꝝ ꝓpinquū: vt ostendat ꝙ illa electio non amore carnali fiebat sed ex zelo dei. Fuit digna q̄ꝛtum ad meritū q̄ȝ ipsi electores ꝛ ip̄e electus magni meriti extiterūt. ¶ Tertio tangit electi ꝯfirmatio cū dr̄: Et cecidit sors super mathiā. Quidā nāqꝫ de aplis prius fuerūt electi: ꝛ postmodū in pēthecoste ꝯfirmati. p̄s. Ego cōfirmaui colūnas eius: ꝑ qđ dat itelligi ꝙ electus nō est statiꝫ ꝯfirmādus: sꝫ ꝑus in fama ꝛ ꝑsona examinādus. Quidā fuerūt electi sꝫ nunꝙ̄ ꝯfirmati sicut iudas ꝑ qđ dat itelligi ꝙ aliqs q̄ꝛtūcūqꝫ sit electus nō est ꝯfirmādus qñ. s. nō est dignus vel nō est rite electus. Aliq fuerūt simul electi ꝛ ꝯfirmati: sicut mathias q ab aplis erat electus ꝛ mox a spū sancto ꝯfirmatus. ꝛ sicut paulus q dicit Gal. i. Paulus electus nō ab hoib⁹ scꝫ electus: nō ꝑ hoies. s. ꝯfirmatus: sed ꝑ iesum xp̄m per qđ dat itelligi ꝙ aliqs mox vt est electus est cōfirmādus. qñ scꝫ ꝯstat de electōis forma ꝛ ꝑsone sufficientia. ¶ Quarto tangit ipsius ꝯfirmati iurisditio cū dr̄: Et annumeratus ē cū vndecim aplis. Tribus nāqꝫ modis iurisditōem ordinariā ē assecutus. ¶ Prio ꝑ ipsaꝫ suā electōeꝫ ꝯfirmatā. ¶ Scđo per legē animatā. Priceps. n. ē lex animata Ex quo ad iurisditōeꝫ ordinariā ꝯferendā eqpollet lex aiata ꝛ inanimata. Ista lex aiata est spūs scūs: quē ip̄e cū ceteris aplis accepit. Et ideo iurisditōem ordinariā ab eo sortitus est. ¶ Tertio ꝑ ꝯsuetudinē ꝑscriptā ꝛ approbatā. Obtētū est eiꝫ ꝑ diuinā ꝯsuetudinē ꝙ qcūqꝫ mittit a deo: iurisditōem ordinariā sortiat. Sicut patet in hieremia ꝓpheta: q cum a deo mitteret dictū est ei. Ecce ꝯstitui te hodie super gentes ꝛ regna.

¶ Sermo. xci. ¶ De beatissimo Gregorio Sermo ꝑmus.

EGo nouissimus vigilaui: ꝛ q̄si q collegit racemos post videmiatores vindemiaui in bñdictōe dei ꝛ ipse spaui: ꝛ quasi videmiātis ipleui torcular. Eccle. xxxiij. Magna humilitas beati gregorij q cū fuerit doctor excellētissimus: tñ vocat se nouissimū. Et cū sacra pagina magnas vuas. i. libros collegerit: se tñ collegisse racemos asserit. In verbis igit a q̄ttuor ꝯmendat. ¶ Prio a ꝓfunda humilitate cordis in eo ꝙ vocat se nouissimū ꝛ colligentē racemos: q tñ vt dcm̄ ē fuit eximius doctor ꝛ collegit sensus profundos. Hui⁹ aūt doctoris humilitas i sua doctrina maxie appet quātū ad q̄ttuor. ¶ Prio q̄ȝ scripta sua in ꝯparatōe alioꝝ vilia reputabat. vñ dixit in epl̄a ad inocentiū africe prefectū. Si delitioso cupitis pabulo saginari bti Augustini opuscula legite ꝛ ad ꝯparatōeꝫ illius simulaginis nr̄m furfurē nō q̄ratis. ¶ Scđo q̄ȝ

scripta sua q̄diu viueret publicari nole
bat. vñ ait ibidē: Neq3 eniz volo dum in
hac carne su3: siq̄ me dixisse ɔtingit ea fa
cere hoīb⁹ inotescē. ¶ Tertio q2 aliquez
puluerē humane laudis furtiz se cogno
scebat. Vñ ait i fine moraliū: Dū radicez
pure intēcōis ɔspicio. deo qdē ex ea me
sūmopere voluisse placē cognosco. Sed
eidē intentōi furtim: sed nescio quō hu-
mane laudis appetitus iterserit: qđ cu3
iam postmodū tardiusq3 discerno inue
nio me aliter agere: qđ scio me aliter in-
choasse. ¶ Quarto q2 se aut mala icaute
aut bona nō bñ dixisse metuebat. vñ ait:
7 quidē mala me aliqñ dixisse. 7 si nō in-
uenio: tñ q2 oīno nō dixeri3 nō defendo
Bona vero si q̄ diuinitus accipiēs dixi:
meo vtiq3 iudicio minus me bñ dixisse
ɔfiteor. ¶ Scđo cōmendat a vigilantia
sollicitudis cu3 dr: vigilaui. vñ 7 Grego
rius iterpretat vigilās. Vigilauit aute3
tripl'r. ¶ Primo q̄tu3 ad se per vite per
fectionē. Cuius qde3 pfectōis tria erant
signa. s. q2 terrena dspiciebat: celestia ap
petebat 7 mortem desiderabat. Ista tria
ponit in ꝓlogo sup dialogū dicēs: Infe
lix aius meus meminit q̄lis fuit. quō ei
labētia cūcta subterreāt in monasterio
ꝙ nulla nisi celestia cogitare ɔsueuerat
ꝙ mortē quoq3 pene cūctis pena est. s. vt
igressu3 vite 7 laboris sui p̄miū amabat.
¶ Scđo vigilauit q̄tū ad deū per contē
plationē. Contēplabat qde dei maiesta
te3 in oratōe: Ecc. xxxix. Cor suu3 tradet
ad vigilādū diluculo ad dñm q fecit eū
7c. Contēplabat dei veritatē in locutōe
ij. Thimo. iiij. Tu vero vigila: 7 in oībus
labora: opus fac euangeliste 7c. Ipseq3
ɔtemplabat bonitatē dei in meditatōe.
Prouer. viij. Beatus vir q audit me 7 vi
gilat ad fores meas quotidie: 7 obseruat
ad postes hostij mei. qui iuenerit me iue
niet vitā 7c. In his eniz tribus maxime
emicuit beatus Greg. s. in orādo: in legē-
do 7 in meditando. ¶ Tertio vigilauit
q̄tū ad ꝓximū: per sollicitā ꝓuisione3.
Necessario ei3 vigilare voluit sciēs se da
tū in speculatorē i medio hostiū. Ezech.
iij. Speculatore3 dedi te domui isrl'. In
pastore3 in medio lupoꝝ: ideo voluit vi
gilare cu3 Iacob qui dicebat Gen. xxxi.

Die noctuq3 estu vrebar 7 gelu. Fugie-
batq3 somn⁹ ab oculis meis. In guber-
natorē: in medio fluctuū. Vñ piculosu3
esset si gubernator dormiret. Prouerb.
xxiij. Eris sicut dormiēs i medio maris.
7 q̄si sopitus gubernator amisso clauo.
¶ Tertio ɔmendat a spe 7 fiducia diui-
ne miseratōis cū dr: In benedictōe dei 7
ipse speraui. Valde enim de dei misera-
tōe sperare potuit qui tāti meriti extitit
ꝙ potuit in deū qñ. s. per orōnes ipm ad
misericordiā iclinauit: que traiano a pe
na eterna pepcit. Gen. xxxij. Si ɔtra deū
fortis fuisti 7c. Potuit in angelū: q2 ipm
placauit. Cum eni3 Gregorius pro peste
oraret vidit angelū gladiu3 cruentatu3
tergentē 7 reponentē. Potuit in dyabo
lu3 q2 ipm fugauit. Nā fascem de manu
petri accipiēs os eius 7 faciē excussit: 7
admodū ethiopis dnigrauit. Potuit in
celū: q2 in eius obsequiū colūnam ignis
destinauit. Potuit in ifernū qñ vt dictū
est animā traiani ab inde suis precibus
eduxit. Potuit in purgatoriū qñ quēdā
monachū in excōmunicatōe defunctu3
lecta sup eius foueā absolutiōis cedula
de purgatorio extraxit: ꝓut ipse postmo
dū apparēs asseruit. ¶ Quarto ɔmēda
tur a copia doctrinaꝝ 7 instructōis cu3
dr: Et quasi q vindemiat repleui torcu-
lar. Per torcular significatur sacra scri-
ptura: quia sicut in torculari sūt diuerse
vue: sic in sacra scriptura diuerse sūt sen
tētie. Vel significat ecclia: q2 sicut in tor
culari vue debent exprimi: sic sacra scri
ptura i fide ecclesie d3 exponi. Vel signi
ficat quelibet fidelis aia q2 de⁹ sibi sicut
in torculari exprimit vinū gratie 7 sapiē
tie. Beatus eni3 Greg. torcular sacre scri
pture ipleuit diuersis expositōibus. Si
cut eni3 in torculari sūt vue magne: me-
diocres 7 parue 7 racemi: sic i sacra scri
ptura fiunt expositōes magne anagogi
ce siue celestes. Fiūt mediocres. i. allego
rice siue spūales. fiūt parue. i. tropologi
ce siue morales. Fiūt racemi. i. historice
siue litterales. Ipse eni3 oībus istis vijs
7 modis sacrā scripturā exposuit. ¶ Se
cūdo ipleuit torcular ecclesie officioru3.
Stare fecit circa altare cantores. Ipse
eni3 ordinauit missale 7 graduale. ideo

dicit: Stare fecit circa altare cantores:
Ordinauit hymnos. ideo sequit: In so/
no eorū dulces fecit modos. Ordinauit
missas. ideo sequit: Dedit in celebratiōi/
bus decus. Ordinauit officiū in septem
horis decātandū ꝑpetuo. iō subdit: Or/
nauit tēplū in ꝯsumatōe vite. Ordinauit
antiphonaꝝ in matutinis spāliter decā
tandū. ideo subdit: Et ampliauit mane
sanctitatē dei. ℣ Tertio iṗleuit torcular
aīe varijs iſtructōibus. Nā docet p̄latos
in pastorali. Docet ēt subditos. Sꝫ sub
ditoꝝ qdā sūt icipiētes: hos docet ꝑ exē
pla in dyalogo. Quidā ꝓficientes: hos
docet in homelijs. Quidā ꝑfecti: hos do
cet ꝑ occulta mysteria i expositōe super
Ezech. Hos āt oēs docet i moralib⁹. Ibi
eniꝫ iſtruūt p̄lati qualr̄ subditos regāt
incipiētes qualr̄ viuāt: ꝓficientes qualr̄
de virtute in virtutē ꝓficiant. Et ꝑfecti
qualr̄ ꝯsumationē appꝛehēdant.

¶ Sermo. xcij. ¶ De eodē sermo. ij.

QUi mane vigilat
ad illā. s. sapiētiā nō labora/
bit. Sap. vi. Btūs Gregorius
q̄ vigilās iterpꝛetat. Ad sapiētiā de ma/
ne vigilauit: qꝛ in sua adolescētia q̄rere
cepit eā. Et tm̄ desideriū in eo addiscēdi
erat ꝙ labores sentiebat. Gen̄. xxix. Ui/
debant ei dies pauci pꝛe amoris magni
tudine. Ideo sapiētiā adiuenit: qꝛ in li/
bris sapiētie vigilādo studuit. q̄ sunt qn
qꝫ libri. s. liber ꝯscientie: liber vite: liber
sciētie: liber grē ⁊ nature. tres eniꝫ p̄mi
significant Gen̄. per tria ligna que erāt
in paradiso. ℣ Liber eniꝫ ꝯsciētie signi/
ficat per lignum qđ erat pulchꝛū visu. ⁊
ad vescendū suaue: qꝛ ꝯscientiā bonā de
us ituet libēter ⁊ in ea delectat. ℣ Libē/
ter sciētie significat per lignū sciētie bo/
ni ⁊ mali: qꝛ per scientiā bonū ⁊ malū co
gnoscunt. ℣ Liber eniꝫ vite significat ꝑ
lignū vite: quod erat in medio paradisi.
℣ Quartus est liber gratie q̄ scribit ho/
minē intus per virtutū varietatē ⁊ foris
per moꝝ honestatē. Apo. v. Uidi in dex/
tera sedentis librū scriptū intus ⁊ foris:
℣ Quintus est liber nature. s. creaturaꝝ
in quo legere p̄nt taꝫ sciētes q̄ nesciētes
⁊ cognoscere dei potentiaꝫ ex magnitu/
dine: sapiētiā ex ordine: bonitatē ex fine:
qꝛ sunt valde bona. Ysa. xx. Dabit liber
nescienti lr̄as. In his quinqꝫ libris vigi
lando studuit: ⁊ ab his oēs libros suos
extraxit ⁊ exēplauit. Quia i his sic vigi/
lauit: ideo quinqꝫ generibus hoīum ad
quos spectat vigilare ꝯparari pōt: vt ha
bet Ecc. xxxviij. s. aratori: pictori: datori:
fabro ⁊ figulo. ¶ Primo igit vigilando
studuit in libro ꝯsciētie per vitioꝝ extir/
pationē ⁊ virtutū plātationē. Nā de cor
de suo eradicauit supbiā: ⁊ plātauit hu/
militatē. Unde in litteris suis p̄mus ser
uus suoꝝ dei appellat. Eradicauit aua
ritiā ⁊ plātauit liberalitatē: qꝛ ad paupe
res liberalissimus erat. Eradicauit imū
ditiā ⁊ plātauit puritatē: qꝛ virgo fuisse
credit. Ab isto libro cōsciētie extraxit ⁊
explanauit librū moraliū: qꝛ ibi docet ex
tirpationē vitioꝝ ⁊ plantationē virtutū
Hiere. i. Cōstitui te super gentes. i. super
malos gentilr̄ viuētes. Et sup regna. i.
sup bonos in q̄bus regnat per gratiā: vt
scꝫ a malis euellas ⁊ destruas vitia: ⁊ in
bonis edifices ⁊ plātes virtutes. Et q̄a
in libro ꝯsciētie sic vigilādo studuit ⁊ li/
bros moraliū inde extraxit: ideo ꝯparat
aratori vigilāti. Cor iquit dabit ad ver/
sandū suos sulcos: ⁊ vigilias eius in sa/
gina vaccarū. In libro q̄dem moralium
multos fecit sulcos. s. in scriptura eradi
cādo dubietates: ⁊ plātando veritates.
In ecclesia eradicādo prauitatē hereti/
caꝫ: ⁊ plantādo catholicā fidem. In aīa
eradicādo vitia: ⁊ plātādo virtutes. Et
vigilias ⁊ studiū suū i sagina vaccarū. i.
in pinguedine aīaꝝ. ¶ Secūdo studuit
in libro sciē per pastoralis officij plenaꝫ
cognitōeꝫ. Officiū eīm pastorale est liber
sciētie. qꝛ sicut dicit Grego. Nazāzenus.
Reuera mihi esse videt ars artiū ⁊ disci/
plina disciplinaruꝫ. Hominē regere vel
ibuere q̄ est iter oēs animātes maxime
morib⁹ varius ⁊ volūtate diuersus. Ab
isto libro sciētie Gregorius extraxit ⁊ exē
plauit libruꝫ pastoralē in quo plene do/
cet oēs pastores. Unde ait ibidē. Pēsan
dū est ad culmen regiminis quisqꝫ quali/
ter perueniat atqꝫ ad hoc rite perueniēs
qualiter viuat: ⁊ bene viuēdo qualiter
doceat: ⁊ bene docens ifirmitateꝫ suam

quāta cōſideratōe cognoſcat. ¶ De pri
mo ſic ait: Cum regiminis culmen iperat
ſi donis preuētus eſt: qui alijs ꝓſit debet
ex corde fugere. ¶ De ſecundo ſic dicit:
Cōſiderandū eſt: q2 ad cām populi ꝓſul
ſuſcepit quaſi ad egrū medicus accedit.
Qua ergo preſūptōe ꝑcuſſuȝ mederi ꝓ-
perant qui in facie vulnus portāt. ¶ De
tertio ſic dicit: Ab imperitis paſtorale
magiſteriuȝ qua temeritate ſuſcipit: q̄n
ars artiū eſt regimē animaꝝ. ¶ De q̄rto
ſic dič. Dū rector foris imēſo fauore cir
cūdat: intꝰ veritate vacuat. Et q2 in hoc
libro ſciētie ſic vigilādo ſtuduit ⁊ libruȝ
paſtorale inde extraxit: ideo aſſimilat fa
bro vigilāti. Vox iquit male inouat au-
reȝ eius: ⁊ vigilia ſua ornauit iperfectio
nem. Malleus ferrū domat: ⁊ in cudem
firmat ⁊ ſuauē ſonū generat. Sic prela-
ti debēt domare duros ⁊ iquietos. Cōſo
lari puſillanimes ⁊ ifirmos: ⁊ patienter
ſe habere ad oēs. Iſtā regulā apoſtolus
tāgit. i. Theſſal. v. Rogamꝰ vos fratres
corripere ingetos. ¶ Tertius eſt liber vi
te ſcȝ xp̄s in quo beatus Gregorius vigi-
lando ſtuduit: ⁊ inde ſpūales delitias
⁊ delectatōes exhauſit. Ab iſto libro ex-
traxit ⁊ exēplauit expoſitōes quas fecit
ſuper Ezechieleȝ. Neqȝ eniȝ tam ꝓfun-
da ⁊ occulta myſteria cognoſcere potu-
iſſet niſi ea a libro vite habuiſſet: ⁊ ſp̄us
ſanctus ei reuelaſſet. Unde Petrus dia
conus vidit ſpūm ſanctū in colūbe for-
ma ſup caput eius manētē ⁊ verba que
dicebat iferentē. i. Coꝝ. ij. Spūs omnia
ſcrutat: etiā ꝓfunda dei. Et q2 in hoc li-
bro ſic vigilādo ſtuduit ⁊ occulta myſte
ria inde extraxit: ideo aſſimilat doctori
vigilāti. Un̄ dr̄ Ecc. xxxix. Sapiētiā om
niū antiquoꝝ exqret ſapiēs: ⁊ occulta ꝓ
uerbioꝝ exqret: ⁊ in abſcōditis parabo-
laꝝ ꝯuerſabit. Et ſequit: Cor ſuū tradet
ad vigilādū diluculo ad eū q fecit illū: ⁊
in ꝯſpectu altiſſimi deꝑcabit. Ubi oſten
dit ꝙ ad iſta occulta aſcēdit p ꝯtinuā ⁊
aſſiduā meditatōeȝ. Un̄ dicit: Cor ſuum
tradet ad vigilādū: per cordis emunda
tōeȝ. Unde dr̄: Diluculo. Ille eniȝ dilu-
culo facit: qui a corde ſuo omne tenebro
ſuȝ expellit: ⁊ p deuotā orōneȝ. vn̄ dr̄: Et
in ꝯſpectu altiſſimi deꝑcabit. ¶ Quar-
tus eſt liber grē. Et in iſto ſtuduit p om
niū graꝝ ⁊ virtutū poſſeſſionē. Fuit eim
⁊ intus virtutibꝰ ornatus: ⁊ foris hone-
ſtis moribꝰ decoratus. Ab iſto extraxit ⁊
exēplauit ordiatōeȝ officij eccl̄iaſtici. Et
q̄ntū ad hoc aſſimilat pictori vigilanti.
Un̄ dr̄: Cor ſuū tradidit in ſilitudinē pi
ctoris: ⁊ vigilia ſua ꝑficiet opus. Eccle-
ſia quodāmodo picta eſt in officio eccle
ſiaſtico multiplici colore. ¶ Primū colo
reȝ appoſuit xp̄s quādo dixit: Hoc ē cor
pus meū. ¶ Scōm appoſuerūt apoſtoli
q̄n oratōeȝ dn̄icaȝ in miſſa dicendā ordi-
nauerūt: ⁊ minorē ſymbolū appoſuerūt
¶ Tertiū appoſuit Ignatiꝰ: q pſalmos
p antiphonas dicēdas ſtatuit. ¶ Quar-
tū appoſuit Hylarius: q Gloria in excel
ſis deo ꝯpoſuit. ¶ Quintū appoſuit Ni
cena ſynodus: que ſymbolū maiorē edi
dit. ¶ Sextū maiorē appoſuit Athana-
ſius: q fidē in pſalmo. Quicūqȝ vult ⁊c̈.
ſufficiētiſſime explananit. ¶ Septimuȝ
appoſuit Hieronimꝰ: qui pſalteriū p fe-
rias diſtixit: ⁊ Gloria patri: in fine pſal-
moꝝ ordinauit. ¶ Octauū Ambroſius:
q cantus: hymnos ⁊ oratōes fecit. Gre-
gorius vero opus fecit ⁊ ꝑfecit: q2 gra-
duale cōpoſuit: miſſaȝ ordinauit: ⁊ totū
officiū tam diurnū ꝙ nocturnum fecit.
¶ Quintus eſt liber nature. Et i iſto ſtu
duit per creaturarū cōſideratōem: q2 in
ipſis vidit dei potentiā: ſapiētiā ⁊ boni-
tatē. Et ab iſto traxit libros qbus rudio
res iſtruxit. ſ. homelias ⁊ dialoguȝ. Ta-
les aliquādo iſtruunt verbis: ⁊ q̄ntuȝ ad
hoc fecit homelias. Et aliq̄n exemplis: ⁊
q̄ntuȝ ad hoc fecit dialogū. Creature eiȝ
nos aliq̄n iſtruunt verbis. p̄s. Celi enar
rāt gloriā dei. Aliq̄n exēplis. p̄s. Prece-
ptū poſuit ⁊ nō ꝑteribit. Et q̄ntū ad hoc
aſſimilat figulo vigilāti. vnde dr̄: Cor ſu
uȝ dedit vt ꝯſumet linitōeȝ: ⁊ vigilia ſua
mūdabit fornacē. Ipſe eniȝ per verba ⁊
exēpla illos q erāt in vaſe cōtumelie for
mauit in vaſa glorie. Iuxta illud Eccle.
l. Quaſi vas auri ſolidū ornatū omni la
pide precioſo. Fecit enim vt eſſent vas:
per gratie redundatōeȝ. vt eſſent aurei:
per charitateȝ ſuccenſam: vt eſſent ſoli-
di: per patiētiā. vt eſſent gēmati: per vir
tutum refulgentiaȝ.

¶Sermo.xciij.¶ De eodem. Sermo
tertius.

Neptalim ceru⁹
emissus dās eloqa pulchri-
tudinis. Geñ.xlix. Tria nā-
q3 sunt necessaria cuilibet pfecto plato.
¶ Prio vt deus habitet in ipo p gratiā.
¶ Scdo vt sit sollicitus p opatione bo-
nam. ¶ Tertio vt sit fructuosus per do
ctrinaz. Ista tria habuit btūs Gre. que no
tant in verbis pmissis. ¶ Primo nāq3
deus in ipo habitauit p grām: qd notat
cū dr: Neptalim: qd interptat habitatō.
Nam z pr in ipo habitauit p grām: dan
do sibi in miraculis magnā potētiam.
Miracula eīm opari spectat ad potētiā
Luc.ix. Dedit ptātez sup oīa demonia
vt languores curarēt. Filius in eo habi-
tauit: dādo sibi pniaz suā.s.qñ. Gregori-
us ipz in forma pegrini recepit. Et dan-
do sibi suaz carnē veraz: quādo hostiam
visibilr in verā carnē ↄuertit. Spūs san
ctus in eo habitauit qd oñdit p spēz co-
lumbe: que sup caput eius visa fuit. Et
p colūnaz igneā que sup ipm de celo de
scendit. p qd daf itelligi q habebat sim-
plicitatē colūbinaz z charitatē ignitaz:
iō poterat dicē. Pr z filius z spūs sctūs.
Joā.xiiij. Ad eū veniemus z māsionem
apud eū faciemus. ¶ Scdo fuit velox p
opatione sollicitā: cū dr: Ceruus emissus
¶ Ceruus aūt hz velocitatē: renouatio-
nē. z discretionē. Sic scūs Gregori⁹ fuit
velox ad sequēdū illuz: de quo dr in ps.
Exultauit vt gigas ad currēdā viā. Jō
fuit velox: qr deposuit oē pondus.s. pon
dus diuitiaꝝ quas oēs reliquit. Et de ip
sis septē monasteria edificauit. Pōdus
delitiarū deposuit: qr corpus cōtinue ma
cerauit. ita q infirmato stomacho vix
subsistere valēt. Dū ēt eēt in monasterio
a matre sua crudis leguminibus pascebat
Pōdus honoꝝ. qr cū eēt electus i sūmuz
pōtificē fugit z se abscōdit: sz indicio co
lumne celestis manifestatus erat. Nō eiz
poterat latē: ppter vitā eminētē. Mat.
vi. Non pōt ciuitas abscondi supra mō
tem posita: ppter cōuersatione fulgentē
Ibidē. Neq3 accēdūt lucernā zc. Propt
famaz redolentē. Eccl.xxiiij. Sicut cina
momū z balsamū aromatizās odorē de-
di. Res igit alta: lucida: z vaporosa ab-
scondi nō pōt. ¶ Secūdo ceruus habet
renouationē. qñ eīm senescit cū serpēte
pugnat: z austo veneno ardentissime si-
tit. z in fontē se pijciēs oculis pilis z cor
nibus ac pelle renouat. Sic scūs Grego
rius z ceteri sancti cū demone pugnan-
tes z eius tētatōes vincētes ad fontē grē
refrigerātis currūt. z sic renouant intel
lectu: qr limpidius deum cōspiciūt. Ad
Eph.iiij. Renouamini spū mētis vestre
Renouant affectu: qr feruētius deū dili-
gunt. ps. Emitte spūm tuū zc. Renouan
tur opatione: qr opera virtuosa faciunt.
Eph.iiij. Induite nouū hoiem qui sz de
um creatus ē in iusticia z sanctitate veri
tatis. Tūc eīm opa nr̄a sunt virtuosa qñ
sunt cū iusticia qtū ad primū: z sancta
quantū ad nos. Renouant quātum ad
ↄuersatione extrinsecā: qr honestiorē cō-
uersatione induūt. Col.iij. Induentes
nouū hoiem q renouat in agnitionē dei
¶ Tertio ceruus hz discretionē. Et ei⁹
discretio in tribus attendit.s. in vulne-
ris sanatōe: i pturitōe: z in cordis cōfor-
tatione. Ceruus eīm sagitta pcussus pu
legiū comedit: z sagittā sic pijcit. Cerua
tragantiū comedit: z sic leuius pit. Cer-
uus ēt comedit quasdaz herbas medici
nales hñtes respectū ad cor. z sic cor qd
erat tremulū cōfortatione accipit. Habe
mus eīm tria genera herbaꝝ quas ipse
ceruus comedit. Quaꝝ vna valet ad sa-
nandū. alia ad pariēdū: z tertia ad con-
fortandū. Ista tria genera beatus Greg.
habuit: z alios ēt hēre docuit. ¶ Herba
nāq3 valens ad sanādū ē sermo dei. Sa.
xvi. Neq3 herba neq3 malagma sanauit
eos: sed sermo tuus dñe. qm sanat z me-
detur oīa. Et sicut pñtia huius herbe est
cā sanatiōis: ita abñtia ē causa mortis:
Greg. Quicūq3 alimēta non retinet hu-
ius pfecto vita dispat. Eterne ergo mor
tis picnlū formidat.s. i cibū sancte exhor
tationis accipitis. si verba vite. i. alimē
ta iusticie in memoria tenetis. ¶ Secū-
da herba ē memoria mortis. Ysa.xl. Ois
caro fenū: z ois gloria ei⁹ quasi flos agri
zc. Et ista valet ad pariēdū. i. ad pposita
cōplēda p bona opa. Gre. Valde eniz se

sollicitat in bono ope qui semp̄ cogitat
de extremo fine. Tertio herba ē medita
tio dn̄ice passiōis: que fuit herba multū
amara. Can̄.i. Fasciculus myrrhe dile/
ctus meus mihi. Et ista valet ad cōfortā
dum ꝛ roborādū. Gre. Si passio xp̄i ad
memoriā reducit: nihil ē qđ nō equo aīo
toleret. ¶ Tertio beatus Gregorius fuit
fructuosus primo p̄ doctrinā. Vn̄ dicit
Dans eloquia pulcherrima ꝛ pulchritu
dinis. Ista aūt eloquia pulchritudinis
tribus modis dedit. ¶ Primo nāq̃ fu/
it predicator gratiosus: ꝛ iō dedit eloqa
pulchre facūdie. Dicit aūt Aug. in li. de
doctrina xp̄iana q̄ eloquēs in verbis su
is agere debz: vt veritas pateat. veritas
placeat. veritas moueat. ꝛ vt pateat dz
loqui clare ꝛ apte. vt placeat dz loq ꝯpo
site ꝛ ornate: vt moueat dz loq feruēter
ꝛ deuote. Talis enim fuit eloquētia bea
ti Gregorij. s. clara deuota: ꝛ ordiata. Cla
ra nihil hn̄s obscuritatis. Prouer. xiiij.
Doctrina prudētiū facilis. Ordinata ni/
hil hn̄s rusticitatis. Prouer. xxv. Ligua
sapiētū ornat sciētiā. Deuota: nihil hn̄s
insipiditatis. Prouer. vi. Fauus mellis
verba ꝯposita. ¶ Secūdo fuit sacre scri/
pture cōpositor luculētissimus. Et quā/
tum ad hoc dedit eloquia pulchre sn̄ie.
Eius enim sn̄ia ꝛ doctrina habuit pul/
chrā venustatē solidā veritatē: ꝛ dulcem
suauitatē. Pulchra aūt venustas i elogo
causata erat in tribus. s. a celesti sapien/
tia qua sanctus Greg. erat repletꝰ. Que
quidē sapiētia celestis pulchra admini/
strat eloquia. Vn̄ repellit Eliu Job. xxx
viij. Quis ē iste inuoluens sn̄ias sermoni/
bus impitis. ac si dicat. Sn̄ias celestes p̄
ferre vult p̄ impitos sermones. Causata
fuit a nobilitate senatoria. Unde dicit
Hiero. de ysaia. Ysaias i sermone discre
tus ē quippe: vt. s. vir nobilis ꝛ vrbane
eloquētie. nec hn̄s aliquid rusticitatis
admixtū. Causata erat a rethorica phia
quia etiaz in sua adolescētia magnꝰ phs
ꝛ rethor luculētissimus habebat. De his
tribus dicit Prouer. xx. Aur ꝛ multitu
do gēmarum: ꝛ vas preciosum labia sci
entie. Labia enim sciētie beati Greg. fue/
runt ornata auro. i. celesti sapiētia. ꝛ gē/
ma. i. rethorica: ꝛ phia. Et ista p̄cedebat
a vase p̄cioso: quod p̄ductum erat nobi
litate senatoria. ¶ Secūdo eius doctri/
na habuit solidā firmitatē ꝛ veritatem.
Cum eniz quidā emuli post mortem suā
libros cōburrere vellent. Petrus diaco/
nus restitit asserens se spūm sanctuz in
specie colūbe sup̄ eū sepe vidisse: ꝛ desup̄
iuramēto facto in morte sua iuramētū
firmauit. Ex quo pz q̄ doctrina ipius ap
probata fuit p̄ tria. s. per spūm sanctum
verba inferentē. Joā. xv. Paraclitus āt
spūs sanctus quē mittet pater in nomi
ne meo ille vos docebit oīa ꝛ suggēt vo/
bis omnia. Per iurationē interuenien/
tem. Heb. vi. Ois cōtrouersie finis ad cō
firmationē ē iuramentum. ꝛ per mortez
subsequentē. ibidē. Testamentū enim in
morte cōfirmatū ē. ¶ Tertio eius doctri
na habet dulcem suauitatem. Est enim
in corde tāquam pigmentū ad medicā/
dum. In ore taquam mel ad p̄ferenduz:
In aure tāquaz melodia ad audienduz
Et in ope tāquaz odor ad imitandū. Ec
cle. xlix. Memoria Josie. i. beati Grego
rij qui seip̄m in sacrificiuz deo exhibuit.
Quia Josias sacrificiū interpretat. In
cōpositione odoris facta. Ecce q̄ odori/
fera ad imitationē. Opus pigmentarij
Ecce q̄ delectabilis ē vtriq̃ ad meditatō
nem. In ore: quasi mel dulcorabit. Ecce
quam dulcis ad p̄lationem: ꝛ vt musi/
ca in cōuiuio vini. Ecce q̄ suauis ad au
ditionem. ¶ Tertio erat laudator dei de
uotus. Et quātum ad hoc habuit eloqa
pulchre laudatōis diuine. Cum eiz mis/
sa prius cōfuse diceret: ip̄e eam pulchre
ordiauit statuens vt in lingua triplici d
cantaret. s. greca: vt sūt kyrieeleison. he
brea: vt sunt amē ꝛ alleluia. ꝛ latina vt
sunt cetera alia. Sicut eīm iste tres lin/
gue in ligno ꝛ titulo crucis posite cōfes/
se sunt xp̄m morientem: sic voluit vt xp̄z
laudarent in celo regnantē. Ordinauit
etiam vt in ipsa missa fierent tres ptes
de corpore xp̄i. ad inuēdū q̄ corpus my/
sticum. i. xp̄i fideles sunt diuisi in tres
partes. Nam illa pars que ponitur i ca/
lice absconditur ꝛ in vino ponitur. signat
illam partem que est in celo: que ab om/
nibus malis absconditur. ꝛ ab vbertate do
mus dei inebriatur. Alie due partes signi/

ficāt duas ptes fideliū que adhuc tribu
lationibus exponunt. vna que ē in mun
do q subijcit multiplici passioni. alia q̄
ē in purgatorio: que subijcit magne cru
ciationi. Ordinauit ēt ꝙ missa vocet ex
eo ꝙ ipsa sacra hostia a deo patre nobis
dupliciter ē missa scꝫ per incarnationē
in mūdo. ⁊ sanctificationē in sacramēto
⁊ nos eaꝫ sibi dupliciter mittimus. s. per
passionē qua deo recōciliamur. ⁊ p quo
tidianam oblationem que ꝓ nobis in/
tercedit vt misericordiā ꝯsequamur.
Sermo. xciiij. ¶ De eodem. Sermo
quartus.

Vigilate quia ne
scitis qua hora dn̄s vester vē
turus sit. Matth. xxiiij. Istō
euāgeliū legitur in honore beati grego/
rij qui vigilans interpretat. ¶ Ipse eniꝫ
vigilauit sibi: ecclesie: ⁊ deo. ¶ Sibi q/
dem per virtutum acquisitionē. Mul/
tas nāqꝫ virtutes acquisiuit sibi. ¶ Pri/
ma ē fortitudo cū infirmitate. Licet eim
corpore langueret: semper tamē aut lege
bat aut scribebat aut orabat. ij. Cor. xij.
Cum infirmor tūc potens sum. Sācti. n.
viri quādocūqꝫ sunt ifirmi i corpore sūt
fortes in mente. Infirmi aūt ad amādū
terrena: fortes vero ad amandū celestia
Hoc ostēdit exēplo arboris: cordis: ⁊ cor
poris. Arboris quidē: q: ſm Greg. sancti
viri significant per palmā que inferius
est arta ⁊ superius lata. Mali aūt signi/
ficantur per alia arbusta que inferius in
ramis sunt lata: ⁊ superius āgusta. Exē
plo cordis: q: cor est latum suplus ⁊ ife/
rius strictū. Exēplo corporis qd̄ habet
rectitudinē: q: hō debꝫ hēre rectaꝫ intē/
tionem: eleuataꝫ faciē: q: dꝫ habere cor
eleuatum per amoreꝫ. Radices superi⁹
⁊ ramos dependētes inferius q: debꝫ eē
plantatus in celo per desideriū ⁊ inferi
us fructificare per operatiōis studium.
¶ Secūdo habuit abūdātiam cū paup/
tate. Ipse enim in multis diuitijs abun
dauit: sed i his oibus pauper fuit: quia
oia pauperibus erogauit. Prouer. xiij.
Est quasi diues cū nihil hēat: ⁊ ē q̄si pau
per cū in multis diuitijs sit. Ipse enim
sex monasteria i cecilia fecit: ⁊ septimū i

domo ꝓpria fundauit. Indigētibꝫ nolā
scripta hūit ⁊ eis necessaria ministrauit/
Tribus milibus ācillis dei octoginta li
bras auri ānualiter offerebat. Hic cadit
exēplū de heremita qui oia reliquerat ⁊
vnū solū cattum tenebat. ¶ Tertio ha/
buit exēplum cū hūilitate quā humilita
tē hūit in aio: in verbo: in signo: ⁊ in ho
nore iuito. In aio quidē: q: peccatorē se
reputabat. Vn̄ Mauricio imperatori qui
cū pse quebat scripsit. Quia eiꝫ pctōr sū
credo ꝙ oipotētē deū tanto vobis am/
plius placatis quāto me sibi male serui
entem magis affligitis. In verbo q: pri/
mus in suis lr̄is seruū seruoꝝ se appel/
lat. In signo: q: cū quidā heremita velleꝫ
sibi reuerētiā exhibē ipe pri⁹ se i terrā ꝓ
strauit. In honore iuito. q: electio fuit i/
uita ex pte sui ⁊ iō fugit ⁊ se abscondit.
Sꝫ tn̄ fuit volūtaria ex pte ppli: q: cum
oēs vnanimiter elegerūt. Et fuit miracu
losa ex pte dei: q: cū latitaret indicio co/
lumbe manifestat⁹ ē. ¶ Quarto hūit iu/
sticiā cū pietate. Nā iustus fuit i punien
do ⁊ plus in cōpatiēdo. talis dꝫ eē quili
bet p̄latus sicut ipe gregori⁹ ostendit tri
plici exēplo. s. exēplo lasse. vn̄ ait. Jacen
tē nō erigit: nisi qui stratus sui rectitudi
nē p cōpassionē flectit. Exēplo ferri q: si
cūt ferrū dꝫ cōiungi adiuicē: opꝫ ꝙ pri⁹
mollescat. Qui eiꝫ vult aliū sibi vnire p
moꝝ correctionē: prius sibi mollescat p
ꝯpassionē. ⁊ alijs mollescat p tpantiam
Exēplo olei. Ignis eim correctiōis non
lucet nec ardet in vino seueritatis: nec i
aqua insipide affectiōis. sed in oleo mi/
sericordie ⁊ cōpassionis. ¶ Scd̄o vigila
uit eccl'e per officij ecclia̅stici ordinatio
nem. Quāuis eiꝫ dies nālis hēat. xxiiij.
horas. de ipsis tn̄ gregori⁹ extraxit septē
ordinans vt i ipis deus laudet: ex eo ꝙ
ipe hore sunt a xp̄o multiplici priuilegio
cōsecrate. ¶ Siquidē in matutinis xp̄s
est natus: a iuda traditus: ⁊ captus. In
media aūt nocte ſm opinionē Hierony
mi ad iudiciū ē venturus. Libenter igi
tur in matutinis deum laudare debem⁹
⁊ ei gratiari ꝓ sua natiuitate ⁊ captione
⁊ ꝓ iudicij executione. ¶ In prima de⁹
celum ⁊ terrā in seruitiuꝫ ⁊ ad seruitiuꝫ
hois creauit. Ad templum in hac hora

ꝑsonaliter ire cõsueuit: vñ dr̃ Luc.xxi. q̄ oĩs ppl'ſa ad eũ manicabat. i. mãe festinabat. Resurgẽs a mortuis mulieribus apparuit. In hac igit̃ hora laudamus deũ ⁊ ꝓ bñficio creatõis: ꝓ gloria resurrectõnis: ⁊ vt in nobis hẽamus exẽplum sue imitatõis. ¶ In tertia ad colũnã xp̃s fuit ligatus: flagellatus: ⁊ sui mortis sñiaʒ accepit a iudeis: ⁊ spũm sanctũ i apl'os misit. Et pp hoc in tertia deũ laudamus ¶ In sexta erat xp̃s in cruce conclauat⁹ Sol radios suos subtraxit ⁊ se tenebris induit. Et in die ascẽsionis xp̃s cũ discipulis suis tãquaʒ cũ amicis suis ab eis recessurus cõuiuium fecit. ¶ In noua xp̃s spũm emisit: in cruce lancea latus eius ꝑforatũ fuit: ⁊ in celũ ascẽdit. ¶ In vespe ris xp̃s corporis sui ⁊ sanguis sacramentum instituit ⁊ discipuloꝝ pedes lauit. ⁊ resurgẽs in habitu peregrini apparuit ¶ In cõpletorio xp̃s sanguineas guttas sudauit. de cruce depositus in monumẽto clausus fuit. resurgẽs clausis ianuis ad discipulos intrauit. ¶ Tertio vigilauit quãtũ ad deũ ꝑ cõtẽplatione. Et quia vigilauit. ideo deũ inuenire meruit. iuxta illud Prouer. viij. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Meruit quidẽ inuenire xp̃m: spũm sanctũ: beatã virginẽ: ⁊ angelos. Christũ quideʒ inuenit in peregrini specie ⁊ in visibili carne Spũm sanctũ inuenit in colũna ignis: ⁊ in specie colũbe super caput eius manentis. Beatam virginẽ inuenit sibi reuerendam in angeloꝝ iubilatione. quãdo audite sunt voces angeloꝝ sibi dicentium: Regina celi ⁊c̃. Et sibi ꝓpitiam in pestis ꝓpulsatione quãdo ad imaginem virginis turbulentia aeris fugit ⁊ serenitas mira remansit. Angelos multos inuenit. habuit quidẽ angelũ orationes suas deo offerenteʒ: vnde dixit ei angelus quẽ in forma pauperis susceperat. Et angelus dñi sum ⁊ dñs me misit ad te vt ꝓtegam te ⁊ orões tuas deo offerrã. Habuit angelũ eũ cõtra oĩa aduersa defendentem. Vñ cũ Mauritius impator ipʒ ꝑsequeret̃ angelus in monastico habitu cõtra ipm spatã euaginatã vibrauit. ⁊ sic a persecutione cessauit. Habuit angeluʒ sibi in oibus obsequenteʒ. Nam cum in die pasche apud sanctaʒ Mariã maiorem missaʒ celebraret ⁊ pax dñi ꝓnũciaret. angelus dñi alta voce sibi respõdit. Et cũ spũ tuo. vñ in illa die papa in dicta ecclesia celebrat: ⁊ cum pax dñi dicit sibi minime respondetur in illius miraculi testimoniũ.

¶ Sermo.xcv. ¶ De sancto benedicto abbate. Sermo primus.

Dilectus deo et hoibus cuius memoria i benedictõe est. Eccle. xlv. Magnũ ꝑconiũ est a deo diligi: ab homibus amari: ⁊ in memoria haberi. Ab his tribus preconijs sanctus bñdictus in verbis premissis cõmendat̃. ¶ Fuit enim a deo dilectus: ab hoibus amatus: ⁊ omni memoria dignus. ¶ Dilectus eĩm a deo fuit: q: deuote incepit: deuotius vixit: ⁊ deuotissime finiuit. ¶ Incepit quideʒ a puritate. Gre. Etatẽ q̄dẽ moribus trãsiẽs nulli aĩum suũ voluptati dedit. ⁊ iõ meruit diuine visionis claritatẽ. Matt. v. Beati mũdo corde: qm̃ ipsi deũ videbũt incepit a pauꝑtate. Gre. Despectus studijs: relicta domo: rebusq; patris: sancte ↄuersatiõis habitũ quesiuit. Et iõ meruit iudiciariã potestateʒ. Job. xxxvi. Iudicium pauperibus tribuit. incepit ab humilitate. Grego. Plus appetebat mala mundi ꝑpeti q̄ laudes. Plus ꝓ deo laboribus fatigari q̄ fauoribus extolli. Et ideo meruit celestẽ sublimitatẽ. Luc. xiiij. Qui se humiliat exaltabit̃. incepit a cõpassione. Greg. Benedictus religiosus ⁊ pius puer cũ nutricẽ suaʒ flere cõspiceret eius dolori cõpassus est. Et ideo meruit diuinam miseratione. Matt. v. Beati misericordes: qm̃ ipsi misericordiam cõsequent̃. Incepit a deuota orõne: q: capisteriũ fractũ deuota oratiõe sua reintegrauit. Et ideo meruit a deo magnaʒ fiduciam ⁊ securitateʒ. Eccle. xxv. Oratio humiliantis se penetrat nubes ⁊ non descendet donec respiciat altissimus. ¶ Secundo deuotius vixit. tota enim vita sua fuit in oratione. ⁊ ideo merebatur exaudiri. Eccle. iij. In oratione dierum exaudietur. fuit in lectione Et ideo merebatur sapientia diuina

impleri.i.Timo.iiij. Attende tibi ⁊ do-
ctrine tue ⁊c̄.Fuit i ɔtemplatiōe.⁊ ideo
merebat celestibus reuelatōibus adim
pleri.ps̄.Reuela oculos meos ⁊ consi-
derabo mirabilia de lege tua.Fuit i effi
caci locutōe. Et ideo merebat ab audi-
toribus exaudiri Greg.Bū.n.sibi cibuʒ
deferebant corporis ab eius ore alimen
ta deferebant vite. ¶ Tertio ⁊ vltimo
modo deuotissime finiuit.qđ pȝ p quat
tuor signa.¶ Primo qꝛ monumentū si
bi fecit.qđ indicabit moriendi alacri-
tatem.Job.iij.Gaudent vehemēter cuʒ
inuenerint sepulchꝝ.¶ Secūdo in ec-
clesiā conferri se fecit.vt.s.laudaret dei
bonitatē.ps̄.In medio ecclesie lauda-
bo te.Uoluit qdem deo gratias referre
⁊ de eo ꝙ in vita ipsum ɔseruauerat.⁊
de eo ꝙ ipȝ ad se vocauerat.⁊ de deo.s.
ꝙ eternā gliam ꝓmiserat.Gratiaꝝ eim
actio est de p̄teritis p̄sentibus ⁊ futuris
Cassianus.Gratiaꝝ actōes quis agit cū
p̄terita bn̄ficia recolit.cū p̄sentia conspi
cit quanta deus p̄parauit his q eū dili
gunt.¶ Tertio corpus ⁊ sanguineȝ xp̄i
suscepit vt se muniret ɔtra demonū ma
lignitatē q aīabus insidiant.ps̄.In via
hac qua ambulabā absconderūt laque
um mihi.Job.xvij.Pone me dn̄e iuxta
te ⁊ cuius vis manus pugnet ɔtra me.
¶ Quarto erectus inter manus disci-
puloꝝ vitā finiuit. Quidā.n.mortūtur
iacentes q a bonis opibus vacauerunt
Quidā ꝓstrati q p peccatū corruerunt.
Quidā claudi q fidē sine opib⁹ habue-
runt.Quidā ab infirmitate sanati qui
post peccatū ad pn̄iam redierunt.Qui
dam erecti sicut viri sancti qui a pecca
to liberati sunt bonis opibus pleni ⁊ i
tentōe recti.Istam quadruplicē differē
tiam tāgit apl's Heb.xij. Remissas ma-
nus ⁊ genua soluta erigite ⁊ gressus re
ctos facite pedibus vestris vt n̄ claudi
cans quis erret magis aut sanet.¶ Se
cundo fuit ab hoībus amatus.⁊ hoc ꝓ
pter multa bn̄ficia ⁊ miracula que int
eos fecit.Quoꝝ quedā fecit quantū ad
semetip̄m.Mira enim virtus de illo exi
bat.s.ab oculis suis quādo ligatū vidit
ab hostibus mox a vinculis est solutus
Mira a maībus suis qꝛ vas i quo erat
potus venenatus signo crucis cōfregit
Mira ab ore eius.s.quādo dixit monia
libus que linguā suam non cohibebant
excōico eas.mira a corde suo qꝛ absētia
vt p̄sentia cognoscebat. Quedā opatus
est ꝙtum ad mundū minorē.i.hominē.
Quosdā enim iuuit in vita a diabolica
tentatōe sicut monachū q in oratiōe sta
re nō poterat.Quosdā vero i morte dia
bolica oppressione sicut monachū queȝ
diabolus a ruina parietis oppresserat.
Quosdā post mortē sicut monachū qui
ad parentes visitādos sine bn̄dictione
iuerat.Quedā vero opatus ē in maiori
mundo.s.in celo quādo animā sororis i
specie colūbe ascendentē vidit.In pur
gatorio sicut quādo ꝓ monialibus de-
functis orauit.In aere sicut quādo lucē
celestem aspexit.In aqua sicut quando
pueꝝ placidū liberauit. In terra sicut
quādo aquā de terra ꝓduxit.In igne si
cut quādo ignem fantasticum extinxit.
¶ Tertio erat omni memoria dignus.
Lȝ enim a nobis recesserit corporaliter
nobiscum tamen quadrupl'r remansit.
¶ Primo quo ad odorem sue fame. Si
cut enim post poma odorifera.post spe-
cies aromaticas remanet odor ipsaꝝ sic
post mortem sanctoꝝ remanet nobiscuȝ
odor virtutū.Job.ix. Dies mei transie-
runt sicut naues poma portātes.¶ Se
cundo quantū ad dulcedinē sue doctrie
Sicut eniȝ apis postquā đ aluecario auo
lat nobis fauos mellis relinquit.sic san
ctus bn̄dictus de corpore recedens do-
ctrinam mellifluā mundo dimisit. Ecc.
xi.Breuis in volatilibus apis.⁊ initiuȝ
dulcoris hȝ fructus eius.Sanctus enim
benedictus fuit apis ratōe virginitatis
Fuit breuis.⁊ hoc ratōe humilitatis.Et
fuit volatile ratōe celestis ɔuersatōnis.
Et habuit dulcē fructū ratiōe melliflue
p̄dicatōis.¶ Tertio quantū ad lucē sue
regule. Sicut enim sol occumbens di-
mittit nobis lucē in luna ⁊ luna nos il-
luminat.sic beatus bn̄dictus occūbens
post mortem corporis dimisit nobis lu-
nam.s.salutarem regulā que illuminat
religionē monasticā.Luna tamē non lu
cet quādo terra interponit.qꝛ ordo mo
nasticus multū tenebrat quādo terrena

cupiditate aspergit. ¶ Quarto quãtuz
ad calorẽ charitatis succense. Sicut.n.
ignis in clibano vel fornace extinctus
remanet in suo calore sic beatus benedi
ctus qui habuit ignita eloquia. succẽsa
desideria ꝛ feruentia opa. In xp̃o enim
ꝑ mortem corporis extinctio remansit ꝑ
eius calorẽ in mundo. Ecc.i. Se ntille q̃
si aspectus eris candentis. Ip̃e eniz fuit
scintilla inquantũ habuit subtilia ꝛ cele
stia desideria. Et fuit es inquantũ hũit
sonora ꝛ inflãmatiua verba. Et fuit cã
dens inquantũ habuit feruentia opa.

¶ Sermo.xcvi. ¶ De eodẽ sermo.ij.

BEnedictus i filijs aser. Sic
placens fratribus suis. tigit
in oleo pedem suũ. Ferruz ꝛ
es calciamentũ eius. Sicut dies iuuẽtu
tis tue. sic ꝛ senectus tua. Deut.xxxiij.
Sanctus benedictus re ꝛ nomine. Be-
nedictus multas bñdictiones habuit. q̃
in verbis p̃dictis notant. ¶ Prima con
sistit in dei habitatõe cum dicit. Aser q
interpretat atrium. Et dicit atriũ a tri-
bus. Ipse enim atriũ erat q: tota trini
tas in eo habitauit. s. pater dando sibi
potentiã in hostiũ expugnatõe. Uicit.n.
diabolũ. carnẽ. ꝛ mundũ. ¶ Diabolus
ip̃m voluit vincere ꝑ impatientiã quan
do tintinnabulũ fregit. sed vinci nõ po
tuit q: in dei seruitio pseuerauit. Ecc.x.
Si sp̃us potestatẽ habens ascenderit su
per te locum tuũ ne dimiseris. Ip̃m vo
luit allicere ꝑ ꝯcupiscentiã quãdo gra-
uem tentatõem sibi imisit. sed allici non
potuit q: inter spinas ꝛ vepres se ꝓiecit
Ecc.xi. Malitia vnius hore obliuionez
facit luxurie magne. Et ipsum voluit
decipere ꝑ fraudulentiã sicut quando i
forma medici sibi appuit asserens se vel
le potionare fratres. sed ip̃e diabolus d
ceptus est q: monachũ quem inuaserat
in mamillã ꝑcussit ꝛ sic diabolus fugit.
Prouer xxi. Mulctato pestilentie sapiẽ
tior erit paruulus. Ip̃m voluit deterre-
re ꝑ horribilẽ formã q: sibi teterrimus
appebat ꝛ in ip̃m flãmãtib9 oculis ꝛ stri
dentibus obuiabat. sed ip̃m deterrere ñ
poterat q: s. scuto p̃munitus erat. Eph.
vi. In oibus scutũ sumentes fidei ꝛc̃.

¶ Secũdo vicit carnẽ. Nam cũ quedaz
auis que merula dicit ante eius faciem
volitaret. magna carnis ꝯcupiscentia ẽ
in eum secuta. sed tamẽ ip̃am tentatõez
ꝑ tria deuicit. s. ꝑ crucis ip̃ressionẽ. Eze.
ix. Signa thau. sup̃ frontes virorum ge
mentiũ ꝛc̃. Per deuotã oratõem ꝛ inten
tõem. Sap̃. viij. Ut sciui qm̃ aliter non
possez esse ꝯtinens nisi deus dederit ꝛc̃.
Per carnis maceratõem q: mox se nu-
dum inter spinas ꝛ vepres se ꝓstrauit.
ꝛ sic ꝑ vulnus corporis sanauit vulnus
mentis. ¶ Tertio vicit mundũ. ꝛ quãtũ
ad diuitias qm̃ omnia ꝯtempsit ꝛ in he
remũ nudus aufugit. Et quantũ ad de-
litias q: sm̃ Grego. a pueritia cor senile
gessit ꝛ nulli voluptati animũ dedit. Et
quantũ ad honores q: cũ ꝑ miraculum
de capisterio in multo honore haberet
inde latẽter fugit. ¶ Scd̃o filius in eo
habitauit dãdo sibi sapientiã in secreto
rum cognitõe. Ip̃e enim cognouit abñ-
tia p̃terita ꝛ p̃sentia ꝛ futura. Absentia
p̃terita sicut pz in monachis quos ex-
tra monasteriũ comedisse cognouit. Co
gnouit futura ꝯtingẽtia sicut obitũ suũ
casum rome. Cognouit occulta p̃sentia
sicut pz in monacho sibi seruiẽte de sup
bia tentato. Et sic patet q: fuit ꝓpheta
de p̃terito. de futuro. ꝛ de p̃senti occulto
¶ Tertio sp̃us sanctus habitauit in eo
dando grãm in sui institutõe. Dedit nã
q3 sibi grãm recipientẽ ꝑ quã de mũdo
exiens deuote incepit. ꝓficientẽ quam
feruẽter ꝓsecutus erat. Et pfectã q: ad
summũ ꝯtemplatõis gradũ ꝑuẽit. Istõ
significat in via quã fecerũt filij israel.
q: de egipto exeũtes in desertũ venerũt
De deserto in terrã ꝓmissionis in q̃ fru-
ctus terre primo comederũt. Deinde ꝑ-
uenerunt in hierusalẽ. Sanctus benedi
ctus de mũdo tenebroso venit ad deser-
tum penitẽtie. Et de deserto pñie ꝑuẽit
ad gustũ celestis gratie. Et de gustu grẽ
ꝑuenit ad ꝯtemplatõem visionis dine.
¶ Scd̃a bñdictio ꝯsistit in filiorum ppaga
tõem. cũ dicit. Benedcũs in filijs. Ip̃e
n. ꝑ suã p̃dicatõem ꝛ regulã multos fili-
os generauit. Generatos tpalibus sub-
sidijs enutriuit. Enutritos ad ꝓmotio-
nes ꝛ abbatias ꝓmouit. sed mõ p̃ot con

queri Isa.i. Filios enutriui ⁊ exaltaui. ipsi aūt spreuerunt me. Facti sunt ei degeneres filij. q: regulares obseruantias ꝯtemnūt ⁊ p̄latōnibus ⁊ abbatijs intendunt. Tp̄alia indebite ꝯsumunt. nō dei honorē sed ꝓpriū fauorē attendūt. Tertia bn̄dictio consistit in regulari institutione qḋ notaꝛ cū dicif. Placens fratribus suis. In sua eīm regula posuit ea q̄ deo ⁊ hominibus placet. Ecclesi.xxv. in tribus bn̄placitum ē spūi meo que sunt ꝓbata corā deo ⁊ hoibus. Cōcordia fratrum. amor ꝓximoꝝ. ⁊ vir ⁊ mulier sibi bene ꝯsentiētes. Ex illa eīm regula docenꝛ monachi vt inter eos sit cōcordia mutua. ideo dicif. Concordia fratrum quantū ad p̄latos sit obedientia deuota iō dicif. Uir ⁊ mulier sibi bn̄ ꝯsentientes. tūc.n. p̄latus q p virꝝ ⁊ subditus qui p mulierē intelligiꝛ bn̄ sibi ꝯsentiūt qn̄ p̄latus sapienter regit ⁊ subditus humiliter obedit. Et sic quantū ad hoīes charitas diffusa. iō dicif. Amor ꝓximorum Roma.v. Charitas dei diffusa ē in cordibus ⁊c. ¶ Quarta bn̄dictio ꝯsistit in dulci deuotōe qḋ notaꝛ cū dicif. Tīgat in oleo pedem suū. Tingere ē modicuȝ qd accipere. In p̄nti vita sanctus bn̄dictus ⁊ alij sancti tingūt memoriā in sanguine p dominice passionis recordatōȝ ps. Intingaꝛ pes tuus in sanguine. Tingunt intellectū in oleo qḋ ē fomentū luminis p aliqualē de deo cognitōeȝ sicut dicif hic. Tingat in oleo pedē suū. Tingunt affectū in melle p aliqualē deuotōem qḋ significatū est.i. Reg.xiiij. in Ionatha q sanitatē virge in fauū mellis intinxit. In futuro aūt nō erit tinctio. sed imersio ⁊ natatio ⁊ inebriatio. Tūc eīm sancti mergenꝛ in abissum ineffabil' charitatis. Isa.xlviij. implebit domin' splēdoribus aīam tuā. Tūc natabūt in pelagus deuotōis ⁊ meliflue suauitatis. Isa.xl. Tunc videbis ⁊ afflues ⁊c. Tunc inebriabunꝛ in cellario infinite charitatis. Inebriabuntur ab vbertate domus tue ¶ Quinta benedictio ꝯsistit in presenti conseruatōe qḋ notaꝛ cū dicif. Ferruȝ ⁊ es calciamentū eius. lucerna extinguiꝛ. aut p negligentiā aut nimiā abundātiā aut p nimiā penuriam. Deuotōem aūt mentis qdam pdunt ex sola negligētia sicut v̓gines fatue. quidā ex nimia abūdantia. ps. Prodijt quasi ex adipe iniqtas eoꝝ. qdam ex aduersitate illata. Eccle.xxi. Cor fatui quasi vas ꝯfractū oēm sapiam nō tenebit. Sed beatus benedictus fuit calciatus.i. expeditus ad ambulandū ne torpescat p negligentiā. Et ideo dicif calciamentū eius. Fuit etiam calciatus ere ne marcesceret per ꝓsperitatem nimiā. fuit calciatus ferro vt sit firmus ꝯtra aduersitatē illatā. Et iō d̄r ferrum ⁊ es calciamentū eius. ¶ Sexta bn̄dictio ꝯsistit in felici ꝯsumatōe quod notaꝛ cū d̄r. Dies iuuētutis tue ita ⁊ senectus tua. Juuentus est etas fortitudinis alacritatis ⁊ caloris. Fuit enim sanctus bn̄dictus talis in senectute qualis in iuuētute q: semp p̄seuerauit in eadeȝ fortitudine opis. ps. Fortitudinē meam ad te custodiam in eadē alacritate veritatis. Prouer.xvij. Aius gaudens etatē floridā fecit fuit in eodē calore amoris. Cañ.vij. fortis est vt mors dilectio dura sicut infernus emulatio.

¶ Sermo.xcvij. ¶ De eodē sermo.iiij.

Egredere de domo tua ⁊ de cognatōe tua ⁊ de domo patris tui ⁊ veni in terrā quā mōstrauero tibi. Faciāqȝ te in gentē magnā ⁊ bn̄dicam tibi ⁊ magnificabo nomen tuum erisqȝ bn̄dictus. Geñ.xij. Possunt hec v̓ba que locutus ē dn̄s ad abraā ꝯuenire beato bn̄dicto ⁊ cuilibet religioso ingbus dn̄s quēlibet nr̄m ad tria hortatur ¶ Primo ad mundi ꝯtemptū cū dicif. Egredere de terra tua ⁊c. vbi ostenditur ꝙ debemus ꝯtemnere mundū q̄ntuȝ ad tria.s. q̄ntū ad terrenā possessionē cū d̄r. Egredere de terra tua ⁊c. vt nihil terrenū possideas. Ezech.xliiij. Possessioneȝ nō dabitis eis in israel. Ego.n. dn̄s possessio eoꝝ quātū ad carnalē affectiōeȝ cū d̄r. Et de cognatōe tua. vt.s. parentes tuos carnaliter nō nimis diligas. Mat.x. Qui amat p̄rem ⁊ m̄rem plus q̄ me. nō est me dignus. Aug. Amādus ē generator sed p̄ponēdus est creator q̄ntū ad corporalē h̄itatōem cū d̄r. Et de domo p̄ris tui.s. in eadē domo nō maneas. q: sicut

dicit Micha.vij. Inimici hominis do-
mestici eius. Ab his oibus debemus exi
re ⁊ corpore ⁊ mente ⁊ ꝯuersatōe. Hoc si
gnificatū est Gene.xix. vbi dicit ꝙ ange
li Loth extra sodomā posuerūt p̄cipien
tes ne post tergum respiceret ⁊ ne circa
regionē maneret. In hoc ꝙ eū duxerūt
de sodoma. dat intelligi ꝙ religiosus ñ
dꝫ manere cū mundanis ēt corꝑalit. In
hoc ꝙ angeli p̄ceperunt ne post tergum
respiceret. dat intelligi ꝙ nō dꝫ redire
ad mundū mentaliter. In hoc ꝙ dicit
ꝙ nō stet in omni loco circa regionē dat
intelligi ꝙ nō dꝫ stare in mundo ēt mor
taliter. i. ꝙ religiosi nō debent hr̄e mo-
res mundanos. Regio aūt vicina ē pec-
cato vetusta ipsa ꝯuersatio que ostendit
in verbis lasciuis in gestibus ⁊ moribus
vanis. ¶ Secūdo dn̄s hortat ad religio
nis ingressum. cum dicit. Et veni in ter-
ram quā monstrauero tibi. Terra optīa
est religio sacra. Secundū aūt virgiliuꝫ
in georgijs libro. i. terra bona tribꝰ mo-
dis cognoscit. Primo modo ꝑ nigredi-
nem. q: nigredo terre bonitatē attestat.
Secūdo ꝑ dulcedinē q: sapor dulcis ⁊ ñ
amarus bonitatē indicat. Tertio ꝑ suf-
fosionē q: quādo effodit ⁊ postea replet
si ꝑ aliqđ tp̄s supabundauerit est optīa.
Si defecerit est mala: Si equata fuerit ē
bona. ¶ Terra primo cognoscit quādo
est nigra ꝑ abiectōem ⁊ aspitatem. Reli-
gio igit tūc est bona quādo est nigra per
asperitatē. Boni eniꝫ religiosi denigrāt
se ꝑ humilitatē exterius sed dealbant se
interius ꝑ puritatē. Canti. i. Nigra sum
sed formosa. ¶ Secūdo quādo ē dulcis
ꝑ deuotōem seu deuotōis suauitatē. In
deserto eniꝫ pn̄ie ⁊ nō in egipto mundi
dat māna celeste. i. deuotio sp̄ūalis Osee
ij. Ducā eam in solitudineꝫ ⁊ loquar ad
cor eius. ¶ Tertio cognoscit ꝑ suffosio-
nem ⁊ repletōem. Illi enim q seruant p̄
cepta sunt bona terra q: quātū peccaue-
runt tm̄ deo satisfaciunt. Roma. vi. Sic
exhibuistis mēbra vestra seruire imun-
ditie ⁊c. Illi qui supegrotant ꝯsilia sūt
optima terra. Luc. x. Quecūqꝫ supegro
taueris ego cū rediero reddā tibi. Illi q
deficiunt ab vtroqꝫ sunt reproba terra.
ip̄m.quo ad tertium.iste sunt tres lācee
quibus diabolus vulnerat.de quib⁹ di-
citur.ij.Reg.xviij. Tulit ioab tres lan-
ceas.⁊ fixit eas in corde Absolon. Cum
enim diligimus deum vulnerat diabo-
lus lancea inuidie. ¶ Cum diligimus
proximum tunc vulneratur lancea ira-
cundie. ¶ Cum ordinate diligim⁹ nos-

metipos: vulneratur lancea tristitie. ¶ Secũdo cõmendatur ab expugnatõe hostiuz cum dr̃. q2 non ẽ nobis colluctatio ⁊c. Ipe. n. quatuor hostes vicit. s. diabolũ. mũdũ corpus ꝓpriuz. ⁊ deuz qui in tm̃ hostis noster dr̃ inquantuz sensualitati nostre aduersatur. d̃ quo dr̃ Matth. v. Esto cõsentiẽs aduersario tuo ⁊c. ¶ Primo ergo vicit diabolũ qd̃ significatũ est per draconẽ quẽ interfecit qui in flumine habitabat. Est. n. animal valde sitibũduz. Sitim tamẽ suaz tempat trib9 modis. s. haustu fluuij: ⁊ attractiõe venti: ⁊ potu sanguinis elephãtis. Cũ enim elephas habeat sãguinẽ frigidũ: draco naturaliter illuz sitit. Draco igitur infernalis qui nostrã perditõem sitit: ipam sitiz temperat haustu fluuij. Per fluuiũ itelligunt luxuriosi qui semp de vicio in viciuz fluunt. Ezech. xxix. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio fluminũ tuorũ. Nõ eniz cubat in medio fluuij hyerusalez sed egypti. i. imundarũ mentiuz. Hiere. ij. quid tibi in via egypti vt bibas aquã turbidam. Est tamẽ tante audacie ꝙ ⁊ sãctos absorbere conatur. Job. xl. Habet fiduciaz ꝙ influat iordanis i os eius. ¶ Secũdo eaz tempat attractõe venti. Hiere. xiiij. Traxerũt ventuz quasi dracones. Auaricia eim ventus dicitur q2 animã nõ satiat sed inflat. Eccle. xiiij. Quasi qui apprehẽdit vmbraz ⁊ sequitur vẽtũ. ¶ Tertio eam tẽperat sanguine elephãtis. per elephantẽ superbi intelliguntur: qui sunt docti ad preliandũ. i. ad rixandũ. ⁊ frãgi quidẽ possunt. flecti aũt non possunt. horuz eniz superbia diabolus nititur Job xl. Hinc etiã montes herbas ferũt. ¶ Secũdo vicit mũduz. mundus eniz cõtra eũ pugnauit grauia supplicia inferẽdo Inter ceteros eniz martyres tres fuerũt qui acriora supplicia passi sunt. s. Laurentius. Uincẽtius ⁊ Chatherina. Sed iste cuz Uincẽtio passus est eculei extensionez. totius corporis laniatõem. viscerũ effusionẽ. ⁊ salis cõfricatõem. Cum Laurentio passus ẽ in sartagine plũbi liquorez. cuz tali oleo assaretur. ⁊ cuz Catherina habuit rotaz acutis gladijs vndiqꝫ circũseptaz. Ista autez supplicia vincebat per pacientiã: ⁊ ideo nõ poterat frãgi. Hebreo. x. Paciẽtia vobis necessaria ẽ ⁊c. Per ꝯstãtiam: ⁊ iõ non poterat superari. Eiusdem. xi. Fortes fci sũt i bello p crucis efficaciam. ⁊ ideo nõ poterat a diabolo ledi. Ezech. ix. Omnez autẽ super quez videritis thau nõ: occidatis. ¶ Tertio vicit corpus propriuz q2 ipsuz morti tradidit ꝓpter christũ. Corp9. n. ẽ equus anime. vestimentũ anime: ⁊ domus anime. Nullus igitur debet timere exponere morti pigruz rancidu3. i. corpus corruptiõi subdituz. qui sperat recipere dextrarium idest corpus glorificatum. Phil. iij. Saluatorem expectamus dominuz iesuz christuz qui reformabit corpus humilitatis nostre ⁊c. Nec debet timere lacerationem vestis corrose. Job. xiij. Quasi putredo consumendus suz. ⁊ quasi vestimentuz quod comeditur a tinea. quando sperat induitionez vestis decorate. ps. Astitit regina idest anima a dextris tuis in vestitu deaurato ⁊c. Nec timere debet destructõem domus ruinose. quãdo sperat se habituruz habitationez domus eterne. ij. Corinth. v. Scim9 quoniaz si terrestris domus nostra huius habitatõis soluatur ⁊c. ¶ Quarto vicit deum. Deus enim licet sit omnipotens. tamẽ a tribus dimittit se vinci. ¶ Primo a sua pietate viscerosa. Osee. xi. Conuersum est in me cor meum ⁊c. Isto modo permittit se vinci quantum ad beatum Georgiuz. Uidens eniz ipsũ tam crudeliter laceratum pietate motus ad ipsum venit: ⁊ dulciter confortauit. ¶ Secundo vincitur a nostra oratõne lachrymosa. Osee. xij. Inualuit ad angelũ ⁊ ꝯfortat9 ẽ: fleuit ⁊ rogauit eũ. Isto modo se vinci permisit ab oratione sancti Georgij. Nam iminente passione rogauit deum pro illis qui ipsum inuocarent. Et ecce vox ad eum venit ꝙ sic veniret ⁊ fieret prout postulauit. ¶ Tertio vincitur a morte sanctoruz victoriosa. Matthei. xi. Regnum celoruz viz patitur: ⁊ violenti rapuũt illud. Isto modo beatus Georgius per suam passionẽ regnum celeste sibi rapuit: ⁊ ipsuz sibi ꝑpetuo acquisiuit.

Sermo. cxxxi. ¶ De eodẽ Sermo. ij.

CONculcabis leo-
nem
⁊ draconem.ps.Scūs Geor
gius draconem cōculcauit
quādo ipsuz interfecit.per quē dracone͂
significatur diabolus. Sicut eniz dra-
co semper insidiatꝛ elephanti:sic diabo-
lus viris sanctis.Circa aūt hec quatuor
sunt videnda.¶ Primo quare diabolꝰ
per draconē significatꝛ.Et est rō qꝛ draco
ē animal valde nociuū. Nocet enim lin
gua per horribile sibilū.dente per leta-
lem morsuz.flatu aerē inficiēdo. ¶ Sic
diabolus nocet per sibilū male sugge-
stionis.Judi.v.Quare habitas iter du
os terminos vt audias sibiluz gregum.
idest demonū.Unus terminus ē diabo
lus qui sibilat malaz suggestionē.Alius
est mūdus qui sibilat vanitatē.cupidita
tem.⁊ carnalē delectatōem.i.Jo.ij.Om
ne quod ē in mūdo:aut ē cōcupiscentia
carnis ⁊c̄.Nihilominus tamē deus sibi
lat peccatori per internā inspiratōnem
Ysa.vij.Sibilabit dn̄s musce. Et tn̄ pec
cator citius acquiescit diabolo suggerē
ti ⁊ carni inficienti:q̄ꝫ deo inspiranti.
¶ Secūdo nocet per morsuz praue dele
ctatōis.Grego.Prius illicita suggerēs
linguaz extrahit:post ad delectatōꝫ tra
hens dentē figi.Deut.xxxij.Deuorabūt
eos aues morsu amarissimo.¶ Tertio
nocet flatu venenoso ⁊ ignito praui scꝫ
operis.In homine eniz est cōcupiscētia
praua:ibi diabolus immittit tentationes
ignitas:⁊ sic impellit ad operatōes illici
tas.Ysa.liiij.Ecce ego creaui fabrū suf-
flantem in igne prunas.¶ Quarto no-
cet caudā cōstringēdo fune praue cōsue
tudinis.Apoca.xij.Draco traxit cauda
tertiaz partez stellaꝝ.i.illos qui nec sūt
actiui nec ꝯtemplatiui.Job.xviij. Im-
misit in rete pedes suos.Qui enim ſm
Grego.in rete pedes mittit non cum vo
luerit eijcit.sic qui in peccatis se deijcit.
non mox cū voluerit surgit.¶ Secūdo
videndū ē quare beatus Georgius ⁊ alij
sancti viri per elephantē figuranꝛ. Naz
ſm Aristotelē.Elephantes carēt felle:⁊
ideo naturaliꝛ sunt benigni.¶ Fiūt aūt
seueri aut quādo nimis ꝓuocanꝛ.aut qn̄
amore feriunꝛ.aut qn̄ vino inebriati ad
prelīū acuūtur.sic ⁊ serui dei q̄uis sint
mansueti:tamē debēt eē seueri ad corri-
piendū.maxie qn̄ a pcōribus ꝓuocanꝛ
ex iniurijs deo illatis.ps.Zelaui sup ini
quos pacem pcōꝝ vidēs.¶ Sc̄do fer-
uentes ad diligenduz.Ro.xij.spū feruē
tes dn̄o seruiētes.¶ Tertio acuti ad p̄-
lianduz.ad quod quidē acuunꝛ qn̄ me-
moria passionis dn̄ice inflāmanꝛ. qd̄ si-
gnificatuz ē.i. Macha.vi. vbi.s. dꝛ q̄
elephantis ostenderunt sanguinē vue:
⁊ mori ad acuēduz illos in preliū. Xp̄s
eniz fuit vua inq̄tū de vite virginea na
tus.⁊ in patibulo crucis eius sanguis
effusus ē.⁊ fuit morꝰ inquātuz in passio
ne denigratus.¶ Tertio vidēduz ē q̄li-
ter draco.i.diabolus pugnat cū elephā-
tibus.i.cū scis viris. Pugnat nāqꝫ tri-
bus modis.¶ Prio excecādo.i. lumē fi
dei auferēdo.i.Reg.xi.In hoc feriā vo
biscuz fedus vt eruā oim vestrū oculos
dextros.Talis eniz est inhabilis ad pu-
gnandū:quia ⁊ sinister oculus impedi-
tur a clipeo. dexter vero priuaꝛ lumine
suo.Et sic nec videꝛ qualiter pcussus se d̄
fendat.sic ille qui amittit lumen fidei a
diabolo quidem feriri pōt:se aūt defen
dere non pōt.¶ Secūdo pugnat pedes
elephantis caudaz cōstringēdo ⁊ inuol
uēdo:⁊ sic ad terraz deijciēdo.sic ⁊ dia
bolus cauda hominē inuoluit qn̄ ipsuz
tētatōibus irretitū ad peccanduz deijcit
Job.xviij.Tenebiꝛ planta eius laqueo ⁊
exardescit cōtra eū sitis.¶ Tertio eiꝰ san
guinez bibēdo in omnibus gratijs ⁊ me
ritis priuādo.Job.v.Cuius messez fame
licus comedet ⁊ ip̄m rapiet armatus: ⁊
bibent sitiētes diuitias eius.¶ Quarto
vidēdū ē qualiter elephātes vincūt dra
conez.Uincūt aūt ipsuz quatuor modis
¶ Primo aquā cū rostro i eius faciē ꝓij-
ciēdo.sic sci viri diabolū vincūt quādo
aquā lachrymaꝝ in deū ꝓijciūt. Ip̄a.n.
orō lachrymosa habꝫ diabolū expellere
Marci.ix.Hoc genus demonioꝝ in nul
lo pōt eijci nisi in orōne ⁊ ieiunio. Habꝫ
ip̄m submergere.Exod.xiiij. Submersi
sunt quasi plūbū in aquis vehemētibus
Habet ipsuz cōtribulare.ps.Contribula
sti capita draconuz in aquis.¶ Secūdo
caput eius conterēdo.Elephas eniz ca

put ipsius draconis cum plāta cōterit.
⁊ tunc draco terribilez sibilum emittit.
Mich.i. Faciam planctuz velut draconū
Iste ē secūdus modus vincendi diabo-
luz scz caput sue suggestionis cōterere.
Geñ.iij. Ipsa3 cōteret caput tuuz. Quā-
do eniz caput cōterit tunc virtus diabo
li a fundamētis eneruat. Abachuch.iij.
Percussisti caput de domo impij ⁊c̄. Qñ
vero conterit tunc draco cuz cauda sue
suggestiōis hominē ad terraz trahit ⁊
surgere nequit. Threñ.i. Dedit me dñs
in manu de qua nō potero surgere scilz
per meipsuz. ¶ Tertio dorsuz opponen
do. diligēter eniz ventrē custodit ⁊ dor-
suz opponit. Uenter eniz ē ipsa sensua-
litas quaz draco appetit. Hiere.i. Uen-
trez suuz repleuit teneritudine mea. dor
sum nostrū ē ipse xp̄s inquātū pcc̄a nr̄a
⁊ vulnera nr̄a suscepit ⁊ portauit. Debz
igit hō a diabolo sensualitatē suā abscō
dere ⁊ xp̄i passionē opponere: in q̄ fuit
dorsuz nostrū. Ysa.liij. Dñs posuit sup
eū iniquitatē oīm nr̄m. Et scutū nostrū.
Threñ.iij. Dabis eis scutuz cordis labo
rez tuū. Et añmurale nr̄m. Ysa.lvi. Sal
uator ponetur in ea murus ⁊ antemura
le. ¶ Quarto eū vincit mole corpis op-
primēdo. Sepe eniz cōtingit q̄ cū dra-
co cauda stringēdo pedes elephātis ad
terrā trahit. Ipse.n. elephas sup draco
nē cadēs mole corpis ipm extinguit. Et
iste ē quartus modus vincēdi. s. p passio
nez. Diabolus.n. martyrē ad terrā tra
hit p mortē corpis: sz martyr demonē vi
cit per victoriā passiōis. Hiere.xlvi. For
tis impegit in fortē: ⁊ ambo pⁱter corrue
rūt. Cadit diabolus q2 maiori pena con
stringit. Cadit martyr q̄tū ad corp9: sz
eius anima in celo coronat.

¶ Sermo.cxxxij. ¶ De eodē Ser-
mo tertius.

LAbora sicut bonus mi-
les iesu xp̄i.ij. Ti
mo.ij. Ueruz ⁊ ltimuz militē
tria faciūt. s. sedulitas in ope
rādo. strenuitas in p̄liādo. ⁊ fidelitas in
obsequēdo. qñ. s. ⁊ sedule laborat. ⁊ stre
nue pugnat. ⁊ dño suo fidelit militat.
Ista tria notātur in verbis p̄missis q̄ in
beato georgio fuerūt. ¶ Primū ē seduli
tas in opere. cū dr̄: labora. Ipē.n. sedule
laborauit predicādo: idola destruendo:
⁊ populū ꝯuertēdo. Sūt.n. tria que idu
cūt militē ad bene laborandū. ¶ Primū
ē cōsideratio laboris in rege. Rex.n. xp̄s
semp fuit in labore. In infantia sua q2 fu
it in egyptuz. In iuuētute sua: q2 conti-
nue predicauit. Et i morte sua q2 penas
sustinuit. Unde dicit cū propheta. Pau
per sūm ego ⁊ in laboribus a iuuentute
mea ⁊c̄. ¶ Scōm est cōsideratio cōditō
nis in milite. Nomē.n. militis nomē est
laboris ⁊ exercitij. Job.vij. Militia ē vi
ta hoīs super terrā. Unde dictū fuit cui
dam militi.ij. Timo.iiij. Tu vero vigila
in oībus labora. ¶ Tertiū ē cōsideratio
magnitudinis in mercede.i. Corinth.iij.
Unusquisq3 ꝓpriā mercedē accipiet sz
laborez suū. Sap.iij. Bonoꝝ laboꝝ est
gloriosus fructus. ¶ Secūdo notatur
strenuitas in pugnādo cuz dicit. Sicut
bonus miles. strenuū aūt militē tria fa
ciūt. s. robur virtutis. sciētia artis. ⁊ co
pia armature cōueniētis. ¶ Robur aūt
virtutis in tribus cōsiderat. ¶ Dz eniz
habere robustuz animū ad aggrediēdū:
Ideo formidolosi de prelio dei eijciūt:
vt habetur Deutero.xx. Iste robustum
animū habuit beatus georgius qui i me
dio hostiū exiliens exclamauit. Oēs dij
gentiū demonia. dñs aūt celos fecit.
¶ Secūdo debet habere manū robustā
ad feriendū. Geñ.xlix. Manus tua i cer
uicibus inimicoꝝ tuoꝝ. Istam robustaz
manuz ēt habuit georgius qui ceruicez
draconis qui diabolū figurabat manu
amputauit ꝓpria. ¶ Tertio debet habe
re robustū dorsuz ad sustinēduz: sic ha-
buit sanctus georgius qui multa tormē
ta sustinuit cōstanter. p̄s. Super dorsuz
meū fabricauerūt peccatores. ¶ Scōm
qd̄ facit militē strenuū est sciētia. s. artis
militaris. Ista sciētia acquirit aūt per
alienaz eruditōem. s. sacrā scripturam.
Eph.vi. Accipite armaturā dei. Aut p
frequentē militātiū ꝯsideratōem. s. xp̄i
⁊ militū eius. Jaco.v. Sufferētiā Job
audistis ⁊ finē dñi vidistis. Per crebrā
cōgressionez. s. cum diabolo. Iudic.iij.
Dereliquit dñs gentes vt erudiret i eis
israelē. Eccle.xxxiiij. Qui nō ē tentatus

quid sit ₰c. ¶ Tertiũ qđ facit strenuũ militez ē habere copiā armature cõueniētis. Habuit.n.beatus georgius quatuor armaturas.s.fidē tanꝗ̃ scutũ. qꝛ fidem xp̃i cõstāter cõfessus est. Eph.vi. In omnibus scutũ sumētes fidei. Spez tanꝗ̃ galeā. Tradidit.n.corpus suũ ad moriendũ: sperās ꝙ ip̃m reciperet glorificatũ. Uerbũ dei tanꝗ̃ gladiũ ꝑ quē bonos vulnerabat ad amorē. ⁊ malos incidebat ip̃sorũ euacuādo idolatriā ⁊ errorē. ⁊ bona opera tanꝗ̃ loricā. qꝛ oīa terrena bona deseruit. ⁊ dei ⁊ ꝓximi obsequio se mancipauit. ¶ Tertio notaꝛ fidelitas in obsequēdo cũ dñ̃ xp̃i iesu. Ille.n.est miles iesu xp̃i qui certat ꝓ honore iesu xp̃i. Et talis legitime certat.ij.Timo.ij. Nõ coronabiꝛ nisi qui legitīe certauerit. Legitime aũt certat qui certātiũ regulā obseruat. que hꝫ quattuoꝛ capitula. ¶ Primũ ē vt ab oib⁹ nociuis.i. ꝑctis terreis abstineat.i.Cor.ix. Ois.n. qui in agone cõtēdit ab oibus se abstiet. ¶ Scđm ē vt nõ segniter sed fortiter pugnet. Ibidē. Sic pugno nõ quasi aerem verberās. ¶ Tertiũ ē vt vsqꝫ ad mortez in certamine ꝑseueret. Eccle.iiij. Usqꝫ ad mortez certa ꝓ iusticia. ¶ Quartum ē vt in certamine nõ suũ sed dñi honorē intēdat. Istud seruauit iob ad dauid dicens.ij.Regũ.xviij. Cõgrega reliquam partē populi ₰c. Et infra ne oī meo ascribaꝛ victoria. Ista quattuoꝛ capl̃a seruauit georgius qꝛ oia terrena cõtempsit ⁊ fortiter dimicauit: ⁊ vsqꝫ ad mortē in ꝓlio stetit. ⁊ dei honorē i oib⁹ obseruauit.

¶ Sermo.cxxxiiij. ¶ De scõ marco euāgelista sermo primus.

OBuiauit illi q̃si mater honorificata: Eccle.xv. Sapia dina inquirētibus se obuiā vadit. ⁊ se desiderātibus seip̃am infundit. Hoc modo diuina sapiētia beato marco obuiauit. ⁊ in omnibus suis vijs sibi occurrit. Fecit enĩ sex vias: tres i vita: ⁊ tres alias post vitam. ¶ Prima ē qua iuit romaz vbi secutus ē petruz tanꝗ̃ ouis patrem ⁊ pastorez suũ. tanꝗ̃ discipul⁹ magistrũ suuz. ⁊ tanꝗ̃ filius patrez suum. Et ibi diuina sapiētia sibi obuiauit: qꝛ

ſm Hierony. in lingua greca euangeliũ ibi scripsit ꝓut ab ore magistri sui Petri audiuit. Quia enĩ aliquādo testimoniuz fertur de visu. Aliquādo de auditu. ideo christus ſm Augu. duos testes habere voluit de visu.s. Mattheuz ⁊ Joannē. ⁊ duos de auditu.s. Lucā ⁊ Marcũ. ¶ Secũda via ē q̃ iuit aquilegiā. ⁊ ibi sapiētia diuina sibi obuiauit. qꝛ tria magna beneficia ibi fecit. Primũ qꝛ prim⁹ eis lumē infudit diuinũ. ex eo ꝙ primus eis fidē predicauit. Scđm est qꝛ magnuz eis reliquit thesaurũ.s. volumē suuz qđ rome in lr̃a greca ibidē conscriptũ in lingua latina ꝯscripsit. quod quidē vsqꝫ hodie reseruaꝛ. Tertiũ est qꝛ sp̃alem eis dimisit patronum.s. scm̃ hermacoraz quē ad fidez ꝯuertit. ⁊ eis i episcopũ ordinauit. qui ibi sp̃alis patron⁹ habetur. ¶ Tertia via ē qua iuit in alexandriaz: ⁊ ibi sapiētia diuina sibi obuiauit. ibidem.n.fuit in ꝑriarca ꝯsecratus. ꝑmus missaz ibi celebrauit: ⁊ ibi monasticā religionē instituit. Nā sicut dicit Philo. Maximā multitudinē in alexādria adunauit in fide ⁊ deuotōe ⁊ ꝯtinētie obseruatōe. Unde ait petrus damianus. Tantam ei deus grām apud alexandriā prerogauit vt omnes qui tunc ad fidei rudimēta cõfluerent. mox ꝑ cõtinētiaz ac totius sancte ꝯuersatōis istātiaz tanꝗ̃ ad monastice ꝯuersatōis fastigiũ euolarēt. Ad ista aũt ducebat eos ꝑ tria sicut ibidē dicit.s.per verba. ꝑ exempla. ⁊ ꝑ miracula. Mat.vlt. Illi autē ꝓfecti p̃dicauerũt. ecce verba. Dño cooperāte ⁊ sermonē cõfirmāte. ecce exēpla. sequētibus signis. ecce miracula. post mortē aũt eius tres alias vias fecit. ¶ Una via ē qua eius sp̃us in celũ ascēdit: ⁊ merito qꝛ existens in terra iam erat in celo ascriptus. supernis ciuibus associatus: ⁊ eterne paci cõiũctus. De duobus primis dixit ei angelus. ecce nomē tuũ i celo scriptuz est. sociusqꝫ factus es supnarũ virtutũ. de tertia dixit ei xp̃s. Pax tibi marce euāgelista meus: noli timere. ego enĩ tecũ suz. ¶ Secũda via est qua cum corpore in italiaz rediit. vñ petrus damianus. Beata est alexandria triumphali hui⁹ sanguie purpurata. felix ⁊ tu

italia corporis hui⁹ thesauro diues effe
cta. Eius aūt corpus cū venetias trāsfer
ret fuit odore mirabili circūcisuz. mĺtis
in via miraculis declaratū: nūc est in lo/
co pulcherrimo collocatum. Erat.n.ala
bastrū dei: ꝛ iō debuit odorē diffundere
ij.Cor.ij. Odorē notitie sue manifestat p
nos in oī loco. Erat lucerna ppl'i: ꝛ ideo
debuit se manifestare. Mat.v. Neqꝫ ac/
cēdūt lucernā ꝛ ponūt eam sub modio.
Erat gēma dei: iō debuit i loco pulchro
manē. Erat nāqꝫ vna de gēmis illis. de
qbus Exo.xxxix. Posuit in rōali gēma/
rū ordines qttuor. Quattuor ordines gē
maꝝ sūt ipsi qttuor euāgeliste. ¶ Tertia
yla ē q quotidie suis suffragijs ꝛ benefi
tijs venit i mūdū. Eius.n.suffragijs ob/
tinemus corpalia ad sustētatōez. qđ pꝫ i
miraculo facto in appullia vbi erat steri
litas magna. obtinem⁹ ēt spūalia ad iu/
stificatōez. qđ pꝫ in miraculo sarraceni
naufragiū patiētis q ad baptismū ꝯuo/
lauit. Obtinet nobis celestia ad glorifica
tionē. qđ patet in miraculo cuiusdā reli
giosi: ad cuius obitū sanctus marcus cō
uenit: ꝛ in celū eius aiaz deportauit.

¶ Sermo.cxxxiiij. ¶ De eodē sermo.ij.

De comedente.s. leone exiuit cibus ꝛ de forti
egressa ē dulcedo. Judic.xiiij.
Quia sanctus marcus p spēm leonis fi/
guraꝛ. iō pdicta verba de leone dicta de
ipso ꝯgrue exponunꝛ. In qbus verbis a
qnqꝫ describiꝛ ꝛ laudaꝛ: ¶ Primo a ma
gna excellētia in hoc ꝙ leoni assimilaꝛ.
Leo.n.grece latine dꝛ rex oiuz bestiarū.
Sic ꝛ marcus fuit apud alexandriā pa/
triarcha xpianoꝝ. Que qdē dignitas cō
mēdabilis fuit a trib⁹. ⁋ Prio ex rōne p
mouētis: qꝛ a petro scō reuelāte spū fu/
it pmotus. ⁋ Scđo rōne pmoti: qꝛ non
reputabat se eē dignū: iō sibi pollicē am
putauit: sed bīs petrus secū dispēsauit.
⁋ Tertio ex pte officij psecuti: qꝛ.s.pm⁹
missaz alexādrie celebrauit: ppl'm ꝛ scia
ꝛ doctrina pauit. ¶ Scđo describiꝛ ab
īfusa sapia cū dꝛ de comedēte. Deus qdē
diuina sapia ipm cibauit. Ecc.xv. Ciba/
uit illū pane vite ꝛc. Ipe aūt sic cibatus
p sapiētie īfusionē comedit p assiduam
meditationē. Hiere.xv. Inuēti sunt ser/
mones tui ꝛ comedi eos. In comestione
aūt tria sunt.s. masticatio: icorporatio ꝛ
deriuatio. Bīs ergo marcus sapiētia di/
uina cibatus ipsaz masticauit p medita/
tionē. vñ ps. Os iusti meditabiꝛ sapiētiā.
Masticatā sibi icorporauit p imitatōem
ꝛ opationē. Jac.i. Qui pspexerit i lege
pfecte libertatis ꝛc. Masticatā ꝛ icorpo
ratā in mēbra fideliū deriuauit p euāge
lij descriptionē: Prouer.v. Deriuēꝛ fon/
tes tui foras ꝛc. ¶ Tertio describiꝛ a cō
municata doctrina cū dꝛ: Exiuit cib⁹.s.
doctrine euāgelice quo reficiꝛ totus mū
dus. Istud autē euāgeliū habuit qttuor
ꝯpositores.s. marcuz q ipm ppria manu
scripsit. Spm sanctū q ipm ispirauit.ij.
Pet.i. Spū scō ispirati locuti sūt sancti
dei hoies. Petrū q sibi verba oīa ministra
uit: q sic scripsit put ab eius ore audiuit.
Et mattheū q suum euāgeliū sibi abbre/
uiāduz dedit. ¶ Quarto describiꝛ a for
ti ꝯstātia cū dꝛ: ꝛ de forti. Iō paulus sci/
ens illū eē magnanimū atqꝫ fortē ipsum
secū hēe desiderabat dicēs: marcuz assu/
me ꝛ adduce tecū ꝛc. Mūdus qdeꝫ erat
ꝯtra deū munitus: tenebrosus: aridus ꝛ
durus. iō paulus volebat marcū secum
hēe vt tanꝗ duo pugiles mūdū ꝯtra de/
um munitū expugnarēt. Ecc.iiij. Meli⁹
est duos simul eē ꝙ vnū ꝛc. Volebat ipꝫ
secū hēe vt tāꝗ duo luminaria mūdum
āplius illustrarēt. Gen.ij. Fecit de⁹ duo
luminaria magna: lumiare mai⁹.i.pau/
luz vt pesset diei: qꝛ pfectis sapiētiā ipen
debat: ꝛ luminare minus.i.marcū vt p/
esset nocti: qꝛ p suū euāgeliuz ifidelitatis
tenebras expellebat. Volebat ipm secuꝫ
hēe: vt tāꝗ duo flumina paradisi mūdū
aridū amplius irrigarēt. vñ ps. Flumē
dei repletū est aqs. Magnus fluuius ex
ore pauli emanauit: qñ in tertiū celuz ra
ptus doctria sua mūdū fecūdauit. Ma/
gnus fluuius ex ore sancti marci emana
uit: qñ euāgeliū suuz ꝯscripsit. Volebat
ēt eū hēe vt tanꝗ due oliue mūduz dup
emollirent. Zacha.iiij. Isti sunt duo filij
olei q assistūt dñatori ꝛc. ¶ Quinto de/
scribiꝛ a multiplici ꝯsolatōe nobis exhi
bita cū dꝛ: Egressa ē dulcedo. Cōsolatus
est.n. quosdā in vita: sicut patet in naui

periclitãte: ⁊ in milite de ponte cadẽte. ⁊
quosdã in morte: sicut patet in illo q de
campanili sancti marci cecidit. quosdã
post mortẽ: sicut patet in religioso ad cu
ius mortẽ venit: ⁊ cuius aiaz ad celi glo
riaz ⁊ gaudia portauit ⁊c.

¶ Sermo.cxxxv. ¶ De sancto marco Sermo tertius.

Marcuz assume ⁊ adduc tecũ. Est eniz mihi vti
lis in ministeriũ.ij.Thim.vi.
In eo q paulus vas electõis ad tertium
celũ raptus btm̃ marcũ sibi vtilẽ i mini/
sterio p̃dicatõis asseruit: manifeste osten
dit q̃ ꝓfundus fuerit in diuia sapiẽtia:
q̃ gratiosus i doctrina: q̃ pfect⁹ in vita.
Eius aũt gr̃as ⁊ p̃rogatiuas b̃ts Hiero.
in quadã glosa sup marcũ breuiter enu/
merat dicẽs. ℣ Marcus euãgelista semi
nat post mattheũ: fremit vt leo: volat vt
agla; discit vt hõ: imolat vt sacerdos: ir/
rigat vt flumẽ: florescit vt ager: feruet vt
vinũ. ¶ Prima igit̃ p̃rogatiua est q: post
mattheũ seminauit: ex eo q post illũ suũ
euãgeliũ scripsit: ⁊ eius euãgeliũ abbre/
uiauit. Istud aũt semẽ sicut ip̃e dicit fru
ctificauit. Prio qdẽ herbã: deide spicã:
deide plenũ fructũ i spica.i.ƒʒ glosaz: ti
morẽ: penitẽtiã ⁊ charitatẽ. Herba.n.si/
gnat timorẽ. q: sicut herba ẽ p̃ncipiũ spi
ce: sic timor est p̃ncipium noue vite. Pro
uer.ix. Pricipiũ sapiẽtie timor dñi. Spi
ca q̃ ẽ asp̃a ⁊ plena granis significat pe/
nitẽtiã amarã q̃ est plena meritis bonis.
plen⁹ fructus significat charitatẽ. Rom̃.
xiij. Plenitudo legis ẽ dilectio. ¶ Scd̃a
p̃rogatiua est: q: fremuit vt leo. fremitus
eiz leonis terrorẽ imittit. animalia facit
egressum figẽ ⁊ leoniculos ad vitã resti
tuit. Sic ⁊ doctrina marci q per leonẽ si
gnificat̃ p̃sũptuosi terrent̃ p ꝯminatõez
pene. Vñ di̇ caplõ.xxiiij. Ve p̃gnãtibus
⁊ nutriẽtib⁹ in illis diebus. Pregnãtes
sũt q bona ꝓposita ꝯcipiũt: ſʒ ea p bona
opera parere negligũt. nutriẽtes sunt q
se in peccatis nutriũt. ⁊ de dei misericor
dia ipunitatẽ sibi promittũt. Leues sta/
biliunt̃ per firmitatẽ constãtie: vnde ta/
les rep̃hendunt̃ cũ di̇.c.iiij. Nõ habẽt ra
dices in se sed tẽporales sũt. Mortui ad
vitã resuscitant̃. Ioã.vi. Verba que ego
loquor vobis: sp̃us ⁊ vita sunt. ¶ Tertia
p̃rogatiua est: q: volat vt agla. volauit q
dẽ in celũ p pennã amoris. p̃s. Quis da
bit mihi pẽnas sicut colũbe ⁊c. In infer
nũ per pẽnam timoris. p̃s. Ascẽdũt vsqʒ
ad celos: ⁊ descẽdũt vsqʒ ad abyssos. Vo
lauit p mundũ per ꝓpẽnaz euãgelice p̃di/
catiõis. Ysa.lx. Qui sunt hi q vt nubes
volãt ⁊c. Et ostẽdit xp̃m volasse sup pẽ/
nas hierarchie celestis. p̃s. Ascendit sup
cherubin ⁊ volauit ⁊c. ¶ Quarta prero
gatiua est: q: discit vt homo. Sapientiã
qdẽ euãgelicã didicit a xp̃o per inspira/
tionẽ. Ecc.xv. Implebit eũ dñs spiritu
sapiẽtie ⁊ itellectus. A petro p eruditio/
nez q: fuit eius auditor deuotus. A mat
theo p sui euãgelij abbreuiationẽ: q: fuit
eius abbreuiator discretus. Non fuit er/
go mirũ si tanta sapiẽtia fuit plenus: q:
eã didicit ab illo q ẽ fons sapiẽtie. Ecc.
i. Fons sapiẽtie verbũ dei in excelso. ab
illo qui est clauiger sapiẽtie. Matt.xvi.
Tibi dabo claues regni celorũ. Et ab il/
lo qui fuit calamus sapiẽtie. p̃s. Lingua
mea calamus scribe ⁊c. ¶ Quita prero/
rogatiua ẽ: q: imolat vt sacerdos. ℣ Pri
mo q: xp̃m esse imolatũ ostẽdit per pas/
sionẽ: q: ipsaz diligẽter ꝓsecut⁹ ẽ. Eph.
v. Tradidit semetipsuz ꝓ nobis oblatio
nez ⁊ hostiã deo. ℣ Scd̃o q: seip̃m imo/
lauit per mortificationẽ. Coll.iij. Morti
ficate mẽbra vestra que sunt sup terraz.
℣ Tertio q: vngulã diuisit p discretionẽ
⁊ ruminauit per meditationez. ⁊ iõ fuit
animal mũdũ ⁊ imolatiõi aptuz. Leuit.
xi. Omne qd̃ habet diuisaz vngulã ⁊ ru/
minat in pecorib⁹. comedetis. ¶ Sexta
p̃rogatiua est: q: irrigat vt flumen. Dicit
autẽ Hieronym⁹ in glosa sup marcũ q
q̃ttuor sunt q̃litates. de qbus sancta euã
gelia ꝯtexunt̃.s. p̃cepta: mãdata: testimo
nia ⁊ exẽpla. His q̃ttuor fluminib⁹ euan
geliũ marci ecclesiã dei irrigauit.s. prece
ptis qñ a malis nos abstinere ꝯmonuit
c.viij. Videte ⁊ cauete a fermento hero/
dis. Mãdatis qñ ad dilectõez dei ⁊ p̃xi
mi nos induxit.c.xij. Diliges dñm deuz
tuũ ex toto corde tuo ⁊c. Testimonijs qñ
patris testimoniũ p filiũ introduxit.c.i.
Vox facta ẽ de celo: tu es filius me⁹ ⁊c.

Exéplis:qñ xp̃s exéplo pueri nos ad humilitaté iduxit vt habeť caplo.ix. ¶ Septima p̃rogatiua est: qꝛ floreſcit vt ager. Jn ſuo eniꝫ euágelio tanꝙ in agro ſunt diuerſe herbe medicinales q̃dá valétes ꝯtra morbũ auaritie caplo.iiij. Erumne ſeculi ⁊ deceptio diuitiaꝝ ſuffocát verbũ. Alie valétes cõtra morbũ luxurie caplo.ix. Hoc genus demonioꝝ non eijciť niſi in orõne ⁊ ieiunio. Alie valétes contra morbũ ſupbie caplo.xiiij. Videte vos metipſos:ſicut dr̃ Michee.vj. Humiliatio tui in medio tui. ¶ Octaua p̃rogatiua est:qꝛ feruet vt vinum. Vinũ.n.facit hoieꝫ calidũ:iocũdũ ⁊ aioſuꝫ: ita iter ceteros euágeliſtas marcus tractat aptiſſime de xp̃i reſurrectõe: paſſione ⁊ aſcenſione. Feruet igiť vt vinũ:qꝛ p tractatuꝫ paſſiõis nos calefacit ad amoré.i. Mach.vi. Elephátis oñderũt ſanguiné vue. Per tractatũ reſurrectõis nos letificat ad deuotioné.p̃s. Ad veſpeꝝ demorabiť fletus ⁊ ad matutinũ letitia. Per tractatuꝫ aſcẽſionis nos animat ad celeſtis ianue itroductioné: vt dicat qlibet Cant.i. Trahe me poſt te.

¶ Sermo.cxxxvi. ¶ De ſancto petro martyre Sermo primus.

VEſtigia eius ſecutus eſt pes meus Job.xxiij. Scḋm btm Aug. Perfectio xp̃iane religiõis é hũc imitari qué colit. Veſtigia igiť xp̃i ſemꝑ imitari debem⁹: vt ſicut ipſe ꝓ nobis mortu⁹ eſt:ſic ⁊ nos ꝓ ipſo moriamur.i. Peť.ij. Xp̃s paſſus é ꝓ nobis:vobis relinqués exéplũ:vt ſeq̃mini veſtigia eius. Jſta aũt veſtigia ſecutus é bt̃s petrus martyr nõ tm̃ in patiédo:ſꝫ in paſſiõis mõ. Et iſte modus ꝙtũ ad ſex attédiť. ¶ Primo ꝙtũ ad paſſionis p̃figurationé.paſſio enim xp̃i p̃figurata é in morte abel qué occidit cayn:ꝓpter auaritiá:ꝓpter irá ⁊ ꝓpter iuidiá. Silr ⁊ i morte xp̃i fuit auaritia ex pte iude. Ex pte auté iudeoꝝ fuit ira. Luc.iiij. Repleti ſũt oés in ſynagoga ira. Et fuit iuidia. Mat.xxvij. Sciebat eiꝫ ꝙ p iuidiá tradidiſſent eũ. Silr in morte petri ex pte hereticoꝝ fuit ira:qꝛ iraſcebáť taꝫ valido expugnatori. Fuit iuidia.ná inuidebát taꝫ valido p̃dicatori ⁊ tá gratioſo. Ex pte occidẽtiũ fuit auaritia:qꝛ fuerũt mercede ꝯducti. ¶ Secũdo attédiť iſte modus ꝙtũ ad mortis teſtificatõem. De teſtificatõe mortis xp̃i dr̃.i. Joá.iiij. Tres ſũt q teſtimoniũ dát in celo.ſ.pr̃ verbũ ⁊ ſpũs ſcũs. Et tres ſũt q teſtimoniũ dát i terra.ſ.ſpũs: aq̃ ⁊ ſanguis.ꝙ eiꝫ xp̃s fuit celeſtis.i.deus teſtificat⁹ é pr̃ cũ dixit: Mat.iij. Hic é fili⁹ meus dilect⁹. Teſtificatus é ſpũs ſcũs:cũ i forma colũbe ſup eũ appuit. Teſtificatus é ipſe de ſeipſo. Joá.x. Ego ⁊ pr̃ vnũ ſumus. Qꝛ aũt fuerit terreſtris.i.hõ paſſibilis teſtes fuerũt ſpũs qué i ipſa cruce p cũ emiſit. ⁊ aq̃ de latere eius emanás ⁊ ſanguis qué effudit. Jſti teſtes ſilr in btõ petro fuerunt. ꝙ eniꝫ fuerit celeſtis.i.de celo ad cõuincendũ hereticos miſſus.teſtať pater q ſibi tantá dedit ꝯſtantiá ad reſiſtendũ. filius q ſibi tantá dedit ſapientiá ad ꝯueniendũ. ⁊ ſpũs ſcũs q ſibi dedit tátá gratiá ad ꝯuertédũ. ꝙ aũt fuerit terren⁹.i. a terrenis hereticis paſſus.pꝫ per ſpũm qué pr̃i recõmédauit qñ.ſ.dixit. Jn manus tuas dñe ꝯmendo ſpm̃ meũ.pꝫ per aquá fidei ⁊ doctrine. fidei q̃ de eius ore emanauit dicens: Credo in deũ ⁊c̈. Prouer.xviij. Aqua ꝓfunda verba ex ore viri.pꝫ per ſanguiné qué de latere ⁊ de capite ſuo effudit. ¶ Tertio iſte modus oſtédiť. ⁊ hoc ꝙtũ ad ſanguis exclamationé. Sanguis.n.xp̃i clamat ad patreꝫ petés ab eo miſericordiá ⁊ remiſſioneꝫ. Heb.xij. Acceſſiſtis ad ſanguis aſꝑſioné melius loq̃nté ꝙ abel. Clamat ad iuſtos petés ab eis deuotõeꝫ. Vñ ⁊ de hoc p̃s. Jntingať pes tuus in ſanguine ⁊c̈. Clamat ad pctõres petés ab eis ſná ꝯuerſioné.p̃s. Que vtilitas in ſanguie meo ⁊c̈. Clamat ad totũ mundũ petés cõpaſſioné. Hiere.i. O vos oés q tranſitis p viaꝫ ⁊c̈. Clamat etiá ad terrá petens ſui ſanguinis manifeſtationé. Job.xvi. Terra ne operias ſanguiné meũ ⁊c̈. Manifeſtatus eſt ẽt ſanguis xp̃i per terre tremoreꝫ ⁊ per lapidũ fractioné ⁊ per monumentoꝝ apertioné. Similr ſanguis beati petri clamat ad deũ petens ſui ſanguinis remunerationeꝫ. Apoca.vi. Vſqꝫquo dñe ſanctus ⁊ verus nõ vindicas ſanguineꝫ

nostrũ &c. Clamat ad fideles petens sui
sanguis imitatõez. iuxta illud .i. Mach.
vi. Elephãtis ostenderũt sanguinez vue
& mori: ad acuendũ eos in prelium. Cla/
mat ad hereticos: petens eorum ꝯuersionẽ
Ysa. xxxiiij. Tabescẽt mõtes a sanguine
eorũ. Clamat ad totuz mundũ: petẽs sui
sanguis venerationẽ. Juxta illud Heb.
xi. Fide celebrauit pascha & sanguis ef/
fusionẽ. Clamat ad locuz sue passionis:
petens sui sanguinis reuelationẽ. Ysa.
xxvi. Reuelabit terra sanguinẽ. Terra
eniz suũ sanguinẽ reuelauit: quãdo san
guine suo aspersa multis sanitatẽ dedit
¶ Quarto attẽdit iste modus q̃tuz ad
volũtariã perpessionẽ. xp̃s eniz volũta/
rie passus est. Ysa. liij. Oblatus est q: ip̃e
voluit: & nõ aperuit os suũ. Nõ eniz ape
ruit os suũ ad maledicẽdũ vel murmu/
randũ. Apuit ãt os suũ ad idulgẽdũ qñ
dixit: Pater dimitte illis &c. Ad suũ spi
ritũ recõmendãdũ qñ dixit: Pater i ma/
nus tuas ꝯmẽdo spm̃ meũ: Ad veritatẽ
perficiendũ: qñ oĩa legalia ꝯsumata esse
ꝓfessus est dicẽs: Cõsumatũ est. Simil'r
& petrus nõ aperuit os suũ vt maledice
ret vel murmuraret. Aperuit tñ q: pro
suis occisoribus: qñ spm̃ suũ in manib⁹
dei recõmẽdauit dicẽs: In manus tuas
dñe ꝯmendo spm̃ meuz: q: veritatẽ fidei
ꝓfessus fuit dicẽs: Credo in deũ patrem
oĩpotentẽ &c. ¶ Quito attendit iste mo
dus quãtuz ad liberalem distributionẽ.
Xp̃s eniz in morte suũ testamẽtum fecit:
quo liberal'r bona distribuit. De quo sic
dicit Ambrosius. Auctor humani gene/
ris in cruce existẽs pietatis officia diui/
debat: ꝑsecutionẽ apostolis: pacez disci/
pulis: corpus iudeis: patri spm̃: virgini
paranymphũ: latroni paradisuz: pecca
toribus īfernũ: xp̃ianis penitẽtibus cru
cem penitẽtie delegauit. Xp̃s igit̃ tanq̃
diues multa & magna legata dimisit. pe
trus aũt tm̃ tria legata minuta habuit:
scz res tpales: corpus & aĩaz. Et oĩa xp̃o
dedit. s. res tpales: ꝑ ip̃o . oĩa ꝯtẽnendo:
corpus morti exponẽdo & aĩaz sibi recõ/
mẽdãdo. ¶ Sexto attẽditur iste modus
q̃tũ ad aĩe cruciatõez. Aĩa eniz xp̃i i suo
corpe valde cruciata fuit. De ipsa.n. aĩa
vbi sit in corpe hoĩs q̃ttuor sũt opiones
& fuerũt. Quidã dixerũt eã eẽ in capite.
Quidã in sanguine. Quidã in corde. Et
q̃dã in toto corpe. & in q̃libet parte eius.
Ideo iudei aĩaz xp̃i cruciauerũt in capi
te. s. quãdo spinis ip̃m coronauerũt. In
sanguine: qñ eius venas aperuerũt. In
code: qñ iuxta cor lanceã īfixerũt. Et in
toto corpe: qñ ip̃m ad colũnã flagellaue/
rũt. In his q̃ttuor locis aĩa bt̃i petri fuit
simil'r cruciata: s. in capite quãdo est ibi
dir̃is vulneribus ꝑcussus. In corde: qñ
in latere est trãsfossus. In sanguine: qñ
de capite & latere eius sanguis ẽ effusus
Et in toto corpore: qñ ieiuniis & vigiliis
fuit in corpore maceratus.

¶ Sermo.cxxxvij. ¶ De eodẽ sermo.ij.

SI quis vult veni/
re post me abneget semetip̃z &
tollat crucẽ suaz & sequat̃ me.
Luc. ix. Miles eniz q vult ire post regez
ad preliũ dz in oĩbus seq volũtatẽ regis
dz portare vexillũ regis & dz seq in oĩb⁹
oꝑa regis. Bt̃s igit̃ petrus miles egregi
us volẽs ire post regẽ xp̃z ad bellãdũ cõ
tra carnẽ: mũdũ & dyabolũ: volũtatẽ suã
volũtati xp̃i postposuit: ideo abneget se/
metip̃z. Scd̃o vexillũ xp̃i. i. mortificatõez
carnis portauit. ideo dicit: Tollat crucẽ
suã. i. Cor. iiij. Semp mortificatõez i cor/
pore vestro circũferẽtes &c. Tertio ip̃z in
oĩbus operibus imitatus fuit. ideo dr̃:
Et sequat̃ me. ¶ Et sic pz q̃ beatus pe/
trus magnã habuit in vita ꝑfectionem:
multã corpori suo intulit mortificatõem
& xp̃i habuit similitudinẽ & imitationez.
¶ Primo igit̃ habuit magnã vite perfe
ctionẽ cum dicit̃: Abneget semetipsum.
Huius autẽ testimoniũ habuit a superio
ribus: inferioribus & mediis. A superio
ribus quidẽ. i. a sancta trinitate. i. Joã.
v. Tres sunt qui testimoniũ dant in celo
scz pater: verbũ & spũs sanctus: Et tres
sunt qui testimoniũ dant in terra: spũs:
aqua & sanguis. Ipse enim fuit celestis:
celestia contemplãdo. Et fuit terrestris:
terrestria hoĩbus predicando. Sibi igit̃
celesti testimoniũ dedit patris potẽtiam
in miraculis: filii sapientia in doctrinis:
spiritus sancti bonitas in virtutib⁹. Et
donis quibus euz perfecte ip̃leuit. Sibi

terrestri testimoniū dedit spūs sapiētie
salutaris quā gratiose diffudit. aqua i-
nocētie baptismalis quā semp seruauit.
Et sanguis passionis triūphalis: quā ꝑ
xpo sustinuit. ¶ Secūdo habuit testimo
nium sue sanctitatis ab oibus elemētis.
Eius sanctitatē ignis cognouit: quādo
lāpades accēdit. Cognouit aer quādo
obscuritas in claritatē versa ē. Cogno-
uit aqua quādo mare trāquillitatē acce-
pit. ꝛ quādo tactu suarū reliquiaruꝫ aq̄
cōsecrata multas infirmitates fugauit.
Cognouit terra que suo sanguine rubri-
cata multis infirmis subuenit. ¶ Tertō
testimoniū habuit a medijs. i. ab hoibꝰ
qui sunt medij. inter creaturas supiores
i. angelos. ꝛ infimas. i. ipa elementa: Et
hoc in multis bnficijs sanitatū: que eius
meritis acceperūt. ¶ Secūdo corpi suo
magnaꝫ intulit mortificationē: cū dicit:
Tollat crucē suam. Col. iij. Mortificate
membra vestra. idest vitiosas passiones
que sunt in mēbris. Que quidē vitiose
passiones: ꝑut dicit Grego. Guissenus i
exameron tribus de causis nobis adue-
niunt. s. ex mala educatiōe. ex mala cor-
poris habitudine: ꝛ ex vitio ignorantie.
Qualiter aūt curent ostēdit in sequēti-
bus dicens: Curant mali mores bona cō
suetudine. mala habitudo bona exerci-
tatōe. ignorātia: studio discipline. ¶ Pri
mo igit adueniūt ex mala educatione.
Prouer. xxij. Adolescens iuxta viā suā:
etiam cū senuerit non recedet ab ea. Ex
ista aūt causa nō fuerunt in beato Pe-
tro: quia in sua adolescētia fuit sancte
educatus eo ꝙ tunc ordinē predicatoꝝ
etiā fuit igressus. ¶ Scdo adueniunt ex
mala corporis habitudine. Sanant aūt
bona exercitatōe. qui eim ex mala habi
tudine corporis sentit se inclinari ad lu
xuriā: debꝫ exercitari circa ieiunia. Qui
ad auaritiā se sentit inclinari: dꝫ se cir-
ca elemosynas exercitare. Et qui ad sup
biaꝫ: se debꝫ ad orōes exercitare. Ex ista
igit scda cā vitiose passiōes in eo nō fue-
runt: qꝛ exercitauit se circa ieiunia cor-
pus suū macerādo. Circa liberalitateꝫ:
oia tpalia cōtēnēdo ꝛ dimittēdo. Circa
orōes: diē ꝓximo ꝛ noctē deo tribuēdo.
¶ Tertio aduenīūt ex ignorātia. Ysa. v.
Ue vobis qui dicitis malū bonū ꝛ bonū
malū. Ex ista aūt cā nō potuerūt i ipo vi
tiose passiōes prouenire: qꝛ diuinā sapiē
tiam habuit: tā vetus ꝙ nouū testamen
tum. elegāter sciuit. Matt. xiij. Similis
ē hoi patrifamilias qui ꝓfert de thesau
ro suo noua ꝛ vetera. ¶ Tertio habuit
xpi similitudinē ꝛ imitationē: cū di. Et
sequat me. Secutꝰ ē aūt ipꝫ. Et hoc quā
tū ad tria. ¶ Primo: enim quātū ad sta-
tum. Xps eim fuit virgo. martyr. ꝛ pre-
dicator. Can. v. Dilectus meus cādidus
ꝛ rubicūdus: electus ex milibus. In isto
triplici statu fuit beatus petrus. Jō i eiꝰ
morte triplex miraculū apparuit. s. mi-
raculū luminis: qꝛ fuit predicator luci-
dus. Lāpades eim diuinitus fuerūt ac-
cense. Miraculū sanguinis: qꝛ fuit mar
tyr ꝓciosus qꝛ terra suo sanguine rubri-
cata multis sanitatē dedit. Et miracu-
lum colūne celestis: qꝛ fuit virgo angeli-
cus. Nā sup locū sue passionis lumina-
ria de celo descēdentia ꝛ ad celū ascen-
dentia visa fuerunt. ¶ Secūdo imitatꝰ
ē eū quātū ad habitū. Christus eim hūit
vestes albas. Apo. iij. Ambulabūt mecū
i vestibus albis. Rubeas. Ysa. lxiij. Qua
re rubrū ē vestimentū tuū. Deauratas ꝛ
varias. ps. Astitit regina. i. xpi aia a de-
xtris tuis ꝛc. Silr ꝛ petrus habuit ve-
stes albas ꝑ virgitatē quā seruauit. Ru-
beas: ꝑ sanguinē quē effudit. Varias ꝑ
diuersas virtutes quas habuit. Et deau
ratas ꝑ charitatē dei ꝛ ꝓximi qua flagra
uit. ¶ Tertio ē imitatus eum quātū ad
obitum. Sūt eim qui moriunt in xpo. i.
in fide ꝛ passiōe xpi. Apo. xv. Beati mor-
tui qui in dn̄o moriunt. Quidaꝫ cū xpo
in cruce. s. penitētie xpi. Gal. v. Qui aūt
sunt xpi carneꝫ suam crucifixerunt ꝛc.
Quidā ꝓpter xpꝫ. i. pp defensionē fidei
xpi. Ecc. iiij. Pro iusticia agonizare pro
aia tua ꝛc. Isto triplici mō mortuus est
petrus. s. in xpo. i. in fidei xpi cōfessione
Unde cū interficeret symboluꝫ fidei ꝓ-
tulit. cū xpo. i. in cruce dure penitentie
qꝛ triginta ānis se in ordine afflixit. Et
ꝓpter xpm. i. ꝓpter christi fidei defensio
nem. Phil. i. vobis datum ē ꝓ xpo nō so
lū vt in eū credatis: sꝫ etiā vt ꝓ illo pa-
tiamini.

¶Sermo.cxxxviij.¶De sancto Jaco/
bo minore aplo.Sermo.i.

HEc dicit domi
nus faciés ⁊ formás te ab vte
ro auxiliator tuus noli ti/
mere serue meus iacob ⁊ rectissime qué
elegi.ysa.xliiij.Jsta verba dicta de ia/
cob patriarcha:de iacobo apostolo ex/
poni pñt.¶Jn qbus verbis oñditur ꝙ
cômédabilis fuerit in sua natiuitate in
vtero:in sua vita i mũdo.⁊ in sua passio
ne in torméto.¶Jlá in vtero fuit sancti
ficatus:rõ dr:Faciés.⁊ formás te ab vte/
ro.Sicut eñ dicit egisippus ⁊ Hiero.in
libro de viris illustribus.⁊ in hystoria ec
clesiastica:ipe ex matris vtero sanctifica
tus fuit. Jsta aũt gr̃a triplicé effectum
sctificatõis i ipo opata é.¶Primus é qr
ipm ab originali purgauit.Hiere.i.Añ/
quá exires de vulua sctificauit te.¶Se/
cũdus é:qr ipm a mortali cõseruauit.Lz
eñ dicat ꝙ in passiõe xpi.oés apl'i mor/
taliter peccauerint:tñ forte ab illa gene
ralitate é iste excipiédus. tũ qr in vtero
fuit sanctificat⁹:⁊ sctificati in vtero cõ/
firmant in bono.tũ qr sm Hiero.de vi/
ris illustribus in parasceue se voto astri
xit ꝙ nõ comederet donec ipm resurre/
xisse videret.Ad quid eñi se voto astrin
geret nisi de resurrectiõe fidé indubiam
héret.¶Tertius effectus é:qr in ei⁹ car/
ne fomité debilitauit ⁊ refrigerauit.Ec
cle.xviij. Nõne ardoré refrigerabit ros
i.gr̃a spũs sancti.Et ppter istũ triplicé
effectũ dr iacobus frat domini: Jacob⁹
iustus ⁊ virgo ppetuus.Nam inquátum
fuit a peccato originali mũdatus potest
frat dñi appellari:qa sicut dñs in vtero
matris fuit sanctus:sic iste fuit santifica
tus.Jnquátũ fuit a mortali cõseruatus:
dr iustus.Sap.x.Sciuit iustũ ⁊ cõserua
uit sine querela deo.Jnquátũ fomes de/
bilitatus in eo fuit:virgo ppetuus dicit
Nam sm Hiero.ipe in ppetua virginita/
te extitit.Jn cuius signũ semp syndone
munda vtebat.Prouerb.xxv.Aufer ru
bigine de argéto ⁊ egrediet vas purissi
mum.Ablata est a beato iacobo rubigo
peccati originalis per sanctificationem.
mortalis per conuersatioñe. fomitis per
debilitationé.Et sic factus est totus pu
rissimus ⁊ vtiqꝫ sanctus.¶Secũdo cõ
mendabilis est quantũ ad vitã in mun
do:cũ dr:rectissime quem elegi.Jpse.n.
fuit rectissimus quátum ad vite pfectio
nem.Et fuit electus in apostolicá digni
tatem.Eius aũt sanctitas atqꝫ perfectõ
in tribus apparet.¶Primo qr fuit mul
te austeritates ⁊ abstinentie quo ad scip
sum:sicut dicit egisippus ⁊ Hierony.de
viris illustribus.vinũ ⁊ siceram nõ bi
bit.carnes nũquam manducauit.noua
cula super caput eius non ascendit bal/
neo vsus non fuit.Judic.xiij.Ab infan/
tia sua ⁊ matris ex vtero.quicquid ex vi
nea nascit non comedit ⁊c.¶Secũdo
fuit multe deuotõis ⁊ gr̃e quo ad deũ.
quia totiens in orõne genua flectebat vt
callos in genubus sicut in calcaneis ha
bere videret.Unde dicit Hierony.de vi/
ris illustribus.ꝙ fixis genubus deum p
populo deprecabat intantũ vt camelorũ
duritiã eius genua traxisse viderentur
¶Tertio fuit multe dignitatis ⁊ reue/
rentie quo ad pximũ. Nam in multa re
uerentia ipm apostoli habuerunt:Quia
sicut dicit Hiero.Jpm in epm herosoly/
mis elegeruut.⁊ sicut dicit Anacletus
papa.⁊ habet in decreto.Petrus Jaco/
bus maior ⁊ Joánes:ipm ordinauerunt
⁊ cõsecrauerunt. Jpsum in reuerentia
habuerunt iudei.qr sicut dicunt egisip
pus ⁊ Hierony.solus inter apostolos.⁊
hoc ppter nimiã suã sctitaté pmitte/
bat intrare in sancta sanctorũ:non qui/
dem ad imolandum:sed ad orandum.
Jpsum náqꝫ in reuerentia habuerũt sin
guli ⁊ vniuersi.quia sicut dicit Hierony
mus de viris illustribus:Tante reueré/
tie ⁊ sctitatis in populo extitit:vt fimbri
am vestimenti eius certatim tangere cu
perent.Mar.vi.Rogabant eum vt fim/
briam vestiméti eius tangerent.Et ideo
apostoli ⁊ oés alij eũ in tanta reuerétia
habuerunt:ꝙ frater dñi dicebat.Et hoc
triplici de causa.s.ppter similitudinem.
qr facie simillimus fuit:⁊ ppter cogató/
nem:quia ⁊ mater sua fuit soror matris
xpi.⁊ pater matris.s.Cleophas fuit fra/
ter ioseph qui fuit pater xpi putatiuus.
Et ppter sanctificatioñe quá habuit in

vtero.⁊ sanctitatē quā habuit in mūdo. ¶ Tertio cōmēdabilis ē quātuz ad passionē in tormēto: cū dr̄. Noli timere serue meus iacob. Minus dicit ⁊ plus significat: q̄ non tm̄ nō timuit: sed in sua passione cōstans fuit. Ipsa aūt eius passio cōmendabilis fuit quātū ad quattuor. ¶ Primo quidē habuit acerbitatē in pena: q̄ fuit de pinna tēpli precipitatus. deinde lapidatus. deinde excerebratus. Et sicut dicit Hierony. vnus ex iudeis cū ptica fullonis cerebrū eius excussit. ¶ Secūdo habuit sinceritatē in causa: q̄ ꝓpter iusticiā fidei defendendaz passus ē. Nam cuz iudei euz rogarēt vt a fide iesu populū reuocaret. Ipse in altuz ascendēs dei filiū ē cōfessus. Et idō iudei indignati ipm̄ vt dictū ē precipitauerūt ⁊ lapidauerūt dicentes: Lapidemus iacobū iustū. ¶ Tertio habuit seueritatez in vindicta. Quia sicut dicit iosephus ꝓpter iniustā mortē iacobi factū ē excidiū in hierusalē ⁊ dispsio iudeorū. Non tm̄ aūt ꝓpter hoc sed maxime pp mortem xp̄i. Luc.xix. Non relinquēt te lapidem super lapidē qui nō destruat. ¶ Quarto habz pietatē in venia impetrāda. Nā sicut dicit Hiero. Cū fuisset precipitatus sup genua ꝓcūbens: eleuatis manibus dixit: Rogo dn̄e dimitte eis: q̄ nesciunt quid faciūt. In hoc eim imitatus ē magistrū suū qui ait Luc.xxiij. Pr̄ dimitte illis: q̄ nesciūt qd faciūt.

¶ Sermo.cxxxix. ¶ De sctō philippo aplo. Sermo primus

Domine ostende nobis p̄rem ⁊ sufficit nobis. Joā.xiiij. Magne familiaritatis philippus cū xp̄o fuisse videt. qui visionē patris petiijt. qđ quidem nullus apl's vnquā petere ausus fuit. Circa hoc autez tria ponunt. ¶ Primo nāq ponitur eius pia petitio in hoc q̄ patrē ostendi petiijt. petierāt enim aliqui de apostolis secularē potentiaz. Mar.x. da nobis vt vnus ad dexterā tuam. ⁊ alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Quidam futuroꝝ scientiā. Mat.xxiiij. Dic nobis quādo hec erunt ⁊c̄. Quidaz inimicorū vindictaz. Luce.ix. Dn̄e vis dicimus vt ignis descēdat de celo ⁊ sumat illos. Philippus aūt non petiijt secularē potentiaz que breuis ē. Eccle.x. Ois potentat⁹ breuis vita. Nec futuroꝝ sciētiaz: q̄ curiosa ē. Roma.xij. Non plus sapere q̄ oportet sapere ⁊c̄. Nec inimicoꝝ vindictā. q̄ ꝓhibita ē. Mat.v. Diligite inimicos vestros ⁊c̄. Sed petiijt paternā visionez: q̄ eterna beatitudo ē. Sciebat eim q̄ ipa terna visiōe ē summa iocūditas. ps. Adimplebis me iusticia cum vultu tuo. Et plena satietas ps. Satiabor cum apparuerit glia tua. Est eterna felicitas. Jo.xvi. Hec ē vita eterna vt cognoscāt te solum verū deū ⁊c̄. ¶ Secūdo ponitur in philippo benigna meditatio. Ostendit nāq philippus xp̄m iter nos ⁊ patrem esse mediatorem a quo sibi ostendi petiijt patris visionem. Oliz qdez de patre tria erant abscondita ⁊ ignota. s. eius sapiētia. Job.xxviij. Sapiētia vbi iuenitur ⁊ qs ē locus itelligētie. Misericordia ei⁹ Job.xxx. Sto ⁊ non respicis me. mutatus es mihi i crudelē. Facies eius. Deu.xxij. Abscondam faciē meā ⁊c̄. Christus aūt mediatorē se fecit. vt paternaz sapiētiam nobis reuelaret. Mat.x. Nemo nouit filiū nisi pater: nemo patrē nouit nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare: vt paterne misericordie nos reconciliaret. Roma.vi. Cū eim inimici essemus deo recōciliati sumus ei per mortē filij ei⁹. Ut paternā visionē nobis ostenderet. Ideo dixit philippus: Dn̄e ostēde nobis p̄rem ⁊ sufficit nobis. Non aūt illā visionē petebat que ē per creaturaꝝ speculatōem: q̄ obscura ē. Roma.i. Inuisibilia eiz ipsius a creatura mundi ⁊c̄. Nec illaz que p fidez vr̄. q̄ iperfecta ē. i. Coꝝ.xiij. Ex pte eim cognoscimus ⁊ ex parte ꝓphetamus. Nec illaz que vr̄ per cōtemplatōez q̄ pmixta ē. Cōtemplatō eim nostra nō habz plenā delectatōez ꝓpter corporis corruptōez. Sap.ix. Corpus qđ corrumpitur aggrauat aiam. Sed petit paternam visionē que erit i patria que nihil hēbit obscuritatis. q̄ clarissima ē. Coꝝ.xiij. Uidemus nūc per speculuz in enigmate. tūc aūt facie ad faciē. Nihil imperfectionis. q̄ sufficiētissima ē. Ibidē. Cū venerit quod perfectū est: euacuabit qđ

ex parte est. Nihil admixtionis. q2 tota suauissima est. ysa. li. Gaudiū ⁊ letitiam obtinebunt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus.

¶ Tertio i patre notat oium bonorum sufficiēs ⁊ plena pfectio: cum dr: Et sufficit nobis. Uere sufficit. q2 in paterna visiōe oia bona habent. Unde cū moyses faciez dei sibi peteret ostendit dñs ei respondit: Ego ostendaz tibi omne bonuz vt habet Exod. xxxiij. Ex quo colligitur ꝙ ex paterna visione omne bonuz habetur. Omne autē bonuz tria importat scz oium bonorū cōgregationē ⁊ possessiōez Sap. vij. Uenerunt mihi oia bona pariter cuz illa. Oium cōgregatorū fruitionem. Hiere. xxx. Reuertet iacob ⁊ quiescet ⁊ cunctis affluet bonis. Fruitorum cōtinuatōez. ps. Uideas bona hierlz oibus diebus vite tue. Ecc. xxxi. Stabilita sunt bona illius i dño ⁊c̄.

¶ Sermo. cxl. ¶ De eodem Sermo secundus.

Philippe qui videt me videt ⁊ patrez meum. Ceteris apostolis tacentibus ⁊ patrez sibi ostendi petere non audentibus. philippus sumpta fiducia petijt dicens: Domie ostende nobis patrem ⁊ sufficit nobis. Christus autē verbū ppositum sibi respondit. De isto autē philippo tria preconia reperiunt que sunt maxima. ¶ Primū est: q2 fuit multe sanctitatis. ⁋ Sunt eiz tria signa perfecte sanctitatis scz diuine ispiratōi perfecte obedire ⁊ velociter. tempestiue pniam ichoare. ⁊ dona recepta alijs cōmunicare. Sic ⁊ ipse philippus diuine ispiratōi ⁊ vocationi velociter obediuit. Naz cū christus dixit ei: sequere me. ptinus ē secutus. vt habet Joā. i. Et istud non pcessit ex leuitate scilz cordis. sed ex beneficio grē superioris. Joan. iij. Spūs vbi vult spirat. Ex virtute doctrie exterioris. Eccle. viij. Sermo eius potestate plenus ē. Et ex bona dispositiōe hominis interioris. ysaie. l. Dominus aperuit mihi aures. ego autez non contradico ⁊c̄. ⁋ Secundo tempestiue penitentiaz inchoauit. fuit enim vnus de primis apostolis qui ad christum sunt conuersi. ⁋ Primo náqz vocatus est andreas. ⁋ Secundo petrus. ⁋ Tertio philippus. De isto triplici funiculo dr Joan. i. Erat autem philippus a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri. Bethsaida interpretat domus venatorū. de ista enim domo pcesserunt isti tres animarū venatores. Petrus autem iterpretatur agnoscens. Andreas ipse virilis interpretatur. Philippus vero os lampadis: quia venator dei debet habere diuinaz scientiaz. ⁊ magnanimē vitaz: ⁊ lucidaz doctrinaz. ⁋ Tertio dona recepta nathanaeli cōmunicauit. vt habetur Joan. i. ⁊ Apocal. xxij. Qui audit dicat veni ⁊c̄. Eccle. xx. Sapientia abscondita. ⁊ thesaurus iuisus que vtilitas in vtrisqz. Prouerb. xi. Qui abscōdit frumentuz maledicetur in populis. Ex qbus verbis habetur ꝙ prelatus debet cōmunicare subditis: ⁊ sapiētiaz per eruditionem. ⁊ thesauruz bonorū operum per exempli exhibitionez: ⁊ frumētum rerum temporaliuz per subministrationem. ¶ Secundo fuit multe reuerentie ⁊ dignitatis: qui i quattuor apparet. ⁋ Ipse enim primo fuit hostiarius christi. Nam sicut dr Joan. xij. Gentiles quidam venerunt ad euz dicentes: Domie volumus iesum videre. Ex quo bene patet ꝙ in curia christi erat portarius constitutus. i. Paral. xv. Filios idituz: qui interpretatur transiliens: fecit esse portarios. Et significat beatum petrum et beatum philippum. Ille enim omnem intellectum angelicuz ⁊ humanū transiliuit. quando dixit: tu es christus filius dei viui. Iste autez petijt illud scilicet quod omnē intellectuz transcendit: cuz dixit. Domine ostende nobis patrez ⁊c̄. Unuz ergo scz philippuz fecit portariū i sua curia terrestri. Aliuz scz petrū fecit portariuz in sua curia celesti. ⁋ Secundo fuit mediator dei ⁊ populi. Ipe eniz ⁊ andreas fuerunt mediatores iter christum ⁊ gentiles vt eum viderēt ⁊ agnoscerent. iiij. Regum. vij. Ierunt portarij scz philippus ⁊ andreas. ⁊ annunciauerunt in palatio regis itrinsecus. ⁋ Tertio fuit aduocatus cetus apostolici. Audierunt enim apostoli a christo quod ascensurus erat in celum. et quod mis-

surus erat eis spũm sanctũ. ⁊ de his ni-
hil dicebant. Audierunt quoqꝫ ꝙ pr͂ez
viderant. ⁊ de hoc plurimũ mirabantur
nullus tamẽ interrogare ausus ẽ. Phi
lipus aũt tanquã omniũ aduocatus pe-
tiuit dicens Dñe ostende nobis patrem
⁊c. Si ergo ip͂e fuit aduocatus iu[illegible]icib⁹
seculi ⁊ principibus celi. credenduꝫ ẽ ꝙ
modo sit aduocatus ꝓ peccatorib⁹ mun
di. ¶ Quarto fuit ꝓcurator totius col-
legij. de turba enim pascẽda xp͂s cũ nul
lo ꝯtulit nisi cum Philippo dicẽs. Vñ
ememus panes vt mãducent hi. vt habe
tur Jo. vi. Ex quo videt͛ ꝙ collegio xp͂i
dispẽsator erat Luce. xij. Quis putas est
fidelis dispensator ⁊ prudens. Ip͂e enim
fuit fidelis q꞉ bona dñi sui fideliter cu-
stodiuit. Fuit dispensator q꞉ ea sibi non
retinuit sed populo distribuit. Fuit pru
dens q꞉ bona domini sui augere sciuit.
¶ Tertio fuit cum xp͂o magne familia-
ritatis. cuius triplex ẽ signũ. ¶ Primuꝫ
quia fiducial̃r grandia postulauit. Si-
gnum magne familiaritatis fuit quãdo
Joãnes a xp͂o petiuit sibi reuelari ꝓditto
rem suum. Signũ maioris familiarita-
tis fuit quãdo. s. Petrus Jacobus ⁊ Jo
annes petierũt a xp͂o sibi reuelari aduẽ-
tum suuꝫ. Mathe. xxiiij. Dic nobis qñ
hec erunt ⁊c. signum aũt maxime fami-
liaritatis fuit quãdo Philippus a xp͂o
petijt sibi reuelari pr͂em suũ. ¶ Secũdũ
signũ est qñ xp͂s sibi secreta reuelauit di
cens. Philippe qui videt me videt ⁊ pa
treꝫ. sap͂. vij. Jn se ꝑmanẽs oĩa innouat
⁊ per natões. Jn animas sanctas se trãs-
fert amicos dei ⁊ ꝓphetas ꝯstituit. Jn
animã sanctã Philippi se transtulit qñ
sibi gr͂am infundit. Amicũ eum ꝯstituit
s. quãdo ei secreta sua reuelauit. Ac pro
phetã ꝯstituit qñ filiabus suis spũm pro
phetie dedit. ¶ Tertiũ signũ ẽ q꞉ i eadẽ
cathedra. i. in cruce eum sedere fecit. He
ster. vi. Hõ quẽ honorare cupit rex dꝫ im
poni sup equuꝫ q de sella regis est. Cete
ri apl͂i sederũt in equo xp͂i q p passioneꝫ
triũphauerũt. Jlli aũt sederunt i equo
xp͂i ⁊ in eadẽ sella xp͂i qui crucifixi fuer͂t.
sicut Philippus q s͂m Jsido. fuit crucifi
dedit homini. celū vero reseruauit sibi.
¶ Secūdus erat ignorātie qꝛ hō viā pa
trie nesciebat cū dr̄ tenebre erāt. ¶ Ter/
tius aūt erat defectus gr̄e cū dr̄. inanis.
qꝛ sicut diciꝛ. Ecc. xxx. Hō acharis. i. sine
gr̄a quasi fabula vana. ¶ Quartꝰ erat
defectus misericordie cuꝫ dr̄. Et vacua.
Erat. n. vacua. s. dei mīa. ꝛ plena dei iu/
stitia. ¶ Quintꝰ erat defectus ꝑseuerā

tie.q: hoies fragiles erāt ad pseuerātiaz
boni.ꝛ tolerantiá mali.cum dr̄.Abyssi.i.
sine basse virtutis.℄ Christ⁹ igit̄ primo
ascēdit vt celestē ianuá apiret.ꝛ sic adi/
pleuit defectū habitatōis grate.Heb.ix.
Per ꝓpriū sanguinē introiuit semel in
sancta sanctoꝝ ꝛc̄.℄ Scđo ascēdit vt vi
am in celū ostēderet.ꝛ sic adimpleuit de
fectū sciētie.Micha.ij.Ascēdit pádens
iter ante eos.℄ Tertio ascēdit vt spūm
sanctū mitteret ꝛ sic adimpleuit defectū
gr̄e.Jo.xvi.si.n.non abiero paraclitus
nō veniet ad vos ꝛc̄.℄ Quarto ascēdit
vt ꝑ nobis intercederet.ꝛ pr̄em ad mise
ricordiá inclinaret.Et sic adimpleuit d̄
fectū mīe.Heb.ix.Introiuit in ipm̄ celū
vt appeat vultui dei.ꝑ nobis.℄ Quinto
ascēdit vt pmissionē spūs sācti corda di
scipuloꝝ debilia roboraret.Et sic adim/
pleuit defectū pseuerātie.p̄s.Uerbo dn̄i
celi firmati sunt ꝛ spū oris eius omnis
virtus eorum.

℄ Sermo.cliij.℄ De eodem sermo.iiij.

Ecce duo viri astiterunt i vestib⁹ albis ꝛc̄.Isti duo viri fuerūt duo angeli i forma virili positi q apasto/
los instruxerūt.Ceteri aūt psallentes cū
xp̄o ascenderūt.De ipsis nanqꝫ angelis
circa dn̄icā ascensionē quattuor legunt̄
s.eoꝝ reuelatio.admiratio.deductio.ꝛ
iubilatio.℄ Primū nāqꝫ est reuelatio.
nā s̄m Dionisiū.Lex diuine bonitatis ē
vt illuminatōes suas influat supiorib⁹.
supiores medijs:ꝛ medij iferioribus:ac
iferiores nobis.Ista lex hodie ē seruata
Nā ipse xp̄s suā ascēsionē supiorib⁹ āge
lis reuelauit:qn̄ ipsis interrogantibus:
Quis ē iste rex glie.rn̄dit.ego q loquor
iustitiā ꝛ ꝓpugnator sūz ad saluādū:vt
dr̄ Ysa.lxiij.Deinde ipsis superiores me
dijs reuelauerunt.p̄s.Dies diei eructat
verbū.Dies diei verbūz eructauit qn̄ re/
uelauit ascēsiōis mysteriū supioꝝ hierar
chia medie.Dei de medij iferiorib⁹ reue
lauerūt qn̄ ipsis iferioribus iterroganti
bus.Quis est iste rex glie.rn̄derūt.Dn̄s
virtutū ip̄e ē rex glorie.Dei de ipsi iferio
res nobis reuelauerūt:qn̄ in forma viri
appentes dixerūt.Hic iesus q assūptus
est a vobis in celū ꝛc̄.℄ Scđm est eoruz
admiratio.Admirabant̄ eniz videntes
ꝙ terra ascēdebat supra celū.Cuz enim
oliz dictū sit.Prouer.xxv.Celū sursuz ꝛ
terra deorsuz.iam in xp̄i ascēsione econ/
trario dici poterat.terra sursuz ꝛ celum
deorsuz.Admirabant̄ ꝙ hō ascendebat
supra angelū.vnde p̄s.Ascēdit sup che/
rubin ꝛ volauit.ꝙ hō ascēdebat vsqꝫ ad
deū.Dan.vij.Uenit vsqꝫ ad virū q sede
bat in throno.Insup poterāt admirari
de tali corporis q̄litate.de tāta decora so
cietate ꝛ d̄ tāta potestate.Isa.lxiij.Quis
est iste q venit de edom tinctis vestib⁹ de
bostra.ecce ꝙ̄ admirabilis corporis qua
litas.Iste nāqꝫ formosus in stola sua:ec/
ce ꝙ̄ formosa societas.aie eniz sanctorū
sunt decora vestis xp̄i.gradiēs in multi/
tudine virtutis sue.ecce quāta potestas
℄ Tertiū est eoꝝ deductio.Deducebant
eniz ipsuz in celū tanꝗ̄ regē in signū re/
uerētie ad soliū maiestatis.Isa.ix.Sup
soliū dauid ꝛ sup regnū ei⁹ sedebit.Tā/
ꝗ̄ sūmuz sacerdotē ꝛ pontificē in signuz
obediētie i tēplū paterne pietatis.Heb.
iiij.Habētes pontificē magnū qui pene/
trauit celos iesuz ꝛc̄.Tanꝗ̄ eternū iudi
cē in signū potētie ad sedē iudiciarie po
testatis.Mat.xxv.Cū venerit fili⁹ hoīs
in maiestate sua:tūc sedebit sup sedē ma
iestatis sue ꝛc̄.Tanꝗ̄ victoriosuz pugilē
in signū victorie ad brauiū triūphalis vi
ctorie.Apoca.iij.Ego vici ꝛ sedi cuz pa/
tre meo in throno eius.Tanꝗ̄ spōsus in
signū letitie ad thalamū nuptialis festi/
uitatis.Deut.xxxiij.Amantissimus dn̄i
habitabit ꝯfidēter in eo:quasi in thala/
mo tota die morabit̄.℄ Quartū est eoꝝ
iubilatio.Angeloꝝ eniz qui cū xp̄o ascē/
debant:quidā precedebāt vt viā prepa/
rarēt ꝛ demones de aere expellerēt.qui/
daz vero ꝯcomitabant̄ vt sibi assisterēt.
quidā sequebant̄ vt obsequiuz sibi exhi/
berēt.Omnes autē ꝛ qui precedebant:ꝛ
qui ꝯcomitabant̄:ꝛ qui sequebant̄ psal
lebant ꝛ xp̄m cuz laudibus deducebāt.
quorū quidā vocibus iubilabāt:quidaz
tubis clangebāt.p̄s.Ascēdit deus in iu/
bilatōe:ꝛ dn̄s in voce tube.quidā cytha
rizabāt.p̄s.Laudate eū in psalterio ꝛ cy
thara.quidā toto corpore plaudebant.
p̄s.Omnes gentes plaudite manibus.

Omnes eniz sine intermissiōe ꝯtinuatis vocibus psallebāt dicentes: psallite deo nostro: psallite regi nr̄o psallite.

¶ Sermo.cliij. ¶ De eodē Sermo.v.

Dominus quidē Iesus postq̄ͣ locutꝰ est eis assumptus est in celuz: ⁊ sedet a dextris dei. Mar. vlti. Beatus marcꝰ describēs xp̄i gloriosuz ascēsum quattuor ostēdit: scilz ꝙ xp̄s in sua ascēsiōe habuit multaz potestatē cū dicit: Dominꝰ qdē iesus. ⁊ ꝙ habuit cū apostolis multaz familiaritatē cū dicit: Postq̄ͣ locutꝰ est eis ⁊ ꝙ habuit in sua ascēsiōe magnā sublimitatē cum dicit: Assumptus est in celū. ꝙ habuit multā maiestatē cum dicit: Sedet a dextris dei. ¶ Potestas quidē eius ostēdit: quādo dn̄s appellatur. Ostēderat quidez se dn̄m maris: quādo sup mare ābulauit: ⁊ eoꝝ que sūt in mari: quādo magnā multitudinē pisciū capi fecit. Ostēderat se dn̄z terre: quādo in sua passione terra ꝯtremuit. Et eoꝝ que sūt in terra: quādo mortuos suscitauit. Ostēderat se dn̄m inferni: quādo vectes ferreos confregit. ⁊ eorū que in iferno: quādo demonē alligauit. ⁊ sanctos patres inde eduxit. Hodie autē ostendit se dn̄z aeris: quādo ꝓpria virtute per aerē ascēdit. ⁊ eorū que sunt in aere: quando ip̄m nubes lucida baiulauit. Unde Glosa super illud Actuū. ij. Et nubes suscepit eū. dicit: Creatura videlz obsequitur creatori. Astra eniz iudicāt nascentē: patiēti ꝯpatiunt̄: ascendentē nubes suscepit. Ostēdit etiā se dn̄m celi: qn̄ celū se sibi aperuit. ⁊ eoꝝ que sunt in celo: quādo oīs angeloꝝ multitudo sibi obuiauit: ⁊ ipsuz in celo deduxit. ¶ Secūdo xp̄s in sua ascēsiōe ostēdit apostolis magnā familiaritatez. Et hoc maxime in tribus. ¶ Primo in hoc ꝙ cū eis comedit tanq̄ͣ dulcis amicus. Solēt eniz amici abinuicē discessuri inuicē epulari. Un̄ dr̄: Et cōuescēs precepit eis ⁊c̄. ¶ Scd̄o in hoc ꝙ eis bn̄dixit tanq̄ͣ eoꝝ ep̄s: vt habet̄ Luc. vlt. ⁊. i. Petri. ij. Cōuersi estis ad pastorē ⁊ ep̄m animaꝝ vestrarū. ¶ Tertio in hoc ꝙ eos instruxit ⁊ icrepauit tanq̄ͣ magister vetus. Un̄ dr̄ ꝙ exprobrauit icredulitatē eoꝝ ⁊ duritiā cordis. Tūc eos eniz maxime increpauit: qn̄ ab eis erat discessurus ⁊ videbant̄ potius cōsolatiōibus indigere. per qđ datur itelligi ꝙ nullus dz indignari si corripiat̄. sed dz patienter ferre ⁊ se emēdare. Sunt tn̄ qdā qui duz reprehēdunt̄ habēt se ad istar cere: quidā ad instar lapidis ⁊ qdā instar spine. Cera eniz si tangit̄ statiz cedit: sic plerūqꝫ si aliquo verbo correctiōis tāgūtur statim cedūt. i. statim se corrigūt ⁊ acquiescūt. Lapis eniz si tangit̄ nō cedit. nō tn̄ ledit: sic pleriqꝫ si corrigunt̄ nō acqescūt tn̄ irreph̄ēdenti iniuriosa verba nō inferūt. Spina autē si tangit̄ nō cedit: ⁊ insup pungit: sic pleriqꝫ si reph̄ēdunt̄: nec se corrigūt ⁊ insup in reph̄ēdentē verba cōtumeliosa proferūt. ¶ Tertio xp̄s in ascēsione hūit magnā sublimitatē: cum dr̄. Assumptꝰ ē in celū. Nō eniz fuit trāslatus sicut enoch. nec subuectus sicut ipse helyas. nec raptus sicut paulus: sꝫ fuit assumptus. i. a seipo sūptus: Per hāc aūt quadruplicē differētiaz ascēdētiū ostēdit: quadruplex gradus ascēdēdi i deū. ¶ Primus ē quo quis trāsfert̄ de culpa i grām. Iste significat̄ p trāslatōz enoch in paradisuz. Grā. n. dei dr̄ padisus. Eccle. xliiij. Grā dei sicut paradisus bn̄dictōis. Significat̄ ēt p trāsitū filioꝝ israel de egypto in desertū. ¶ Scd̄s gradus ē quo qs subuehit̄ d̄ grā incipiēte i grām ꝑficientē. Et iste significat̄ p subuectōez helye in curru igneo: qꝛ grā dei ē currus igneus: qꝛ p bona opa currere nos facit ⁊ in amorē dei ⁊ proximi nos incendit. Significat̄ ēt p scd̄m transitū filioꝝ isrl̄ quo de mansiōe in mansionē trāsierunt. ¶ Tertius gradus est quo quis in deuz rapit̄ per ꝯtemplationē ⁊ deificationez ⁊ iste significatur per raptū pauli. q visqꝫ ad tertiuz celum raptꝰ ē. Et ēt iste significat̄ p tertiū trāsitū filioꝝ isrl̄ quo d̄ māsionibus i terrā ꝓmissiōis ꝑuenerunt. ¶ Quartꝰ gradus ē quo qs trāsit d̄ ꝯtēplatione vie ad contēplatōnem patrie. Iste significatur per assumptionē christi in celum. Significatur etiaz p quartum transituz filiorūz israel quo de terra permissionis per multa certamina in hierusalem. i. in visionem pacis postmo

dum peruenerunt. ¶ Quarto xp̄s ī sua
ascēsione ostēdit suā maiestatē cum dr̄.
Et sedet ad dexterā dei. Ex eo aūt ꝙ ad
dexterã dei sedet fiduciā hēmus ascen
dendi ad deuz. ☞ Prīo qꝛ ibi ē caput no
struz glorificatū. Et iō sibi mēbra cōiun
get. deforme. n. eēt caput sine mēbris. ⁊
Et qui recipit caput in hospitio suo: ⁊
ipe mēbris hospitiū nō negabit. Joā. iij.
Nemo ascēdit in celū nisi qui descēdit
de celo. caput. s. cū membris. ☞ Scđo qꝛ
habemus ibi fidelez sociū qui manū no
bis porrigit ⁊ nos ad se trahit. Deut. xx
iij. Ascēsor celi auxiliator tuus p̄s. Te
nuisti manū dexterā. Canti. i. Trahe me
post te ⁊c̄. ☞ Tertio quia ibi hēmus sa
pientē aduocatuz qui ꝓ nobis allegatō
nes ꝓponit. i. Jo. ij. Siquis peccauerit
aduocatū habemus apud patrez iesum
xp̄m iustū. sic eīm in ip̄o mūdo fuit cum
peccatoribus apud patrē ꝓ eis aduocā
do: in iudicio aūt erit cōtra peccatores
ipsos puniēdo. ☞ Quarto qꝛ ibi hēmus
precursorē preuiū qui viā nobis ostēdit
Mich. ij. Ascendet pandens iter ante
eos. ☞ Quinto qꝛ ibi habemus fratrum
nostroꝝ collegiuz qui suis orōnibus ⁊
meritis nos perducēt. p̄s. Leuaui oclos
meos in mōtes vn̄ veniet auxiliū mihi.
Unde dicūt illi qui sūt in hierl'm. i. i dei
visione illis qui sunt in egypto. i. i hoc
mūdo illud quod habet. ij. Mach. i. hic
sumus orantes ꝓ vobis.

¶ Sermo. cliiij. ¶ De eodē sermo. vi.

Signa autez eos q credide
rint hec sequentur
⁊c̄. Nō vult dicere dn̄s ꝙ qcū
qz credit oīa ista signa facit. sz
ꝙ ista signa inter fideles ⁊ credētes fiāt.
Nam alius eijcit demonia. alius fugat
serpētes: alius loquit linguis nouis. ali
us venenū bibit ⁊ sibi nō nocet. alius sa
nat egrotos. ¶ Jsta aūt quinqz signa in
telligunt l'raliter aut spūalr. Si l'raliter
intelligunt tūc in ecclesia primitiua fre
quēter fiebant. mō aūt raro. Ecclesia au
tem habuit triplicē statū. s. primitiuum.
modernū ⁊ vltimū. Jn statu primitiuo
frequēter fiebant. mō aūt raro. ⁊ in vltio
statu. i. antixp̄i fiēt rarissime. Jn primiti
uo nāqz statu frequēter fiebāt. qꝛ ⁊ scđm
Chriso. Uetera miracula hn̄t admiratō
nem. vtilitatē ⁊ necessitatē. Tūc igit mi
racula fieri oportebat ꝯm Chriso. Et pp
admiratiōez qꝛ hoīes erant sensibꝰ assue
ti. ⁊ ideo erant aliqbus mirabilibus sub
leuandi. Et pp vtilitatē. qꝛ ⁊ tunc multi
erant infirmi ⁊ a demonibꝰ oppressi. Et
pp necessitatē qꝛ erant infideles ⁊ errori
bus inuoluti. Moderno aūt tp̄e raro fi
unt cum hoc nō suadet necessitas ex eo
ꝙ sunt fideles. Aliquādo tamen fiūt. qa
hoc suadet vtilitas. qꝛ aliquādo inueni
unt aliqui infirmi ⁊ indigentes. Quare
aūt modo nō fiant ita indifferēter sicut
in primitiua ecclesia triplex est rō. Una
est ꝓpter fidei firmamentū. qꝛ modo ec
clesia est in fide firmata ⁊ stabilita. Jstaz
ratōem assignat Bernar. ponēs exēpluz
de planta cui tādiu aquam infundimꝰ
quousqz in terra ꝯualuisse videamus.
¶ Scđo pp vtile mūdi exēplū. Jstā ratō
nem assignat Aug. de ciuitate dei dicēs
Quisqs adhuc ꝓdigia vt credat inqrit
magnū est ipe ꝓdigiū q mundo credēte
nō credit. ¶ Tertio pp fidei maius meri
tū. qꝛ ꝯm Grego. Fides nō hȝ meritū vbi
humana ratio p̄bet expimentuz. Jn fine
autem rarissime fient triplici de causa ꝯz
Jsido. Siue vt ꝓsequentiū manus auda
cior efficiat. siue vt sanctoꝝ patientia cō
probet. siue vt qui casuri sunt eoruz leui
tas ostendat. ¶ Secundo hec miracula
possunt intelligi spūaliter. ⁊ tūc ista mi
racula quotidie fiunt. ¶ Primo nanqz
sunt multi qui demonia eijciunt. Auarꝰ
enim hȝ demonē qui vocat māmon. Sz
luxuriosus demonē hȝ qui vocat asmo
deus. Supbus vero hȝ demonē qui vo
cat lucifer. Uarijs tentatiōibus agitatꝰ
habet demōem qui vocat beelzebub qui
est deus muscarū. ¶ Si ergo aliqs san
ctus vir p suam p̄dicatōem vel oratiōem
conuertit aliquem auarum vel vsurari
um expellit māmonem. ¶ Si conuertit
luxuriosum expellit asmodeū. ¶ Si ve
ro conuertit supbum expellit luciferuz.
¶ Si autem ꝯuertit tētatōes varias pa
tientem expellit beelzebub. ¶ Secundo
linguis loquunt nouis. Deus nāqz tres
ꝓuicias fecit. s. celestē. terrestrē ⁊ ifernalē
idioma ꝓuicie celestis est deum laudare

Terrestris vero ē õ diuitijs tractare. In
fernalis v̇o mentiri ꝛ blasphemare. Qñ
enim aliquis ꝯsueuerat loqui dioma ꝓ-
uincie terrestris tota die de terrenis tra
ctando. vel qñ quis ꝯsueuerat loqui dio
ma ꝓuincie infernalis mentiendo ꝛ de-
trahendo. ꝛ ꝯuersus icipit loqui dioma
ꝓuincie celestis deũ laudãdo ꝛ ꝓximuz
edificando. iste loquitur linguis nouis.
¶ Tertio serpentes tollũt. Serpens ali
quãdo tollit p amputatõnem caude. Et
tũc adhuc viuit. Aliquãdo p amputatõ
nem corporis. ꝛ tunc simlr viuit. Aliquã
do p ꝯtritõem capitis: ꝛ tũc oio extinctꝰ
est. Quidã igit tollunt serpentẽ quantũ
ad amputatõez caude qui dimittũt pec
catum quantũ ad actũ exteriorẽ ꝛ ñ quã
tũ ad actũ interiorẽ. s. cogitatũ ꝛ ꝯsensũ
ꝛ isti impfecte tollũt. Quidã tollunt ser
pentẽ quantũ ad amputatiõem corpis q
dimittunt peccatũ quantũ ad actuz ꝛ q̃-
tum ad ꝯsensum. sz nõ quantũ ad cogi-
tatũ. ꝛ isti semiplene tollũt. Quidam v̇o
tollũt ipm serpentẽ quantũ ad ꝯtritõez
capitis qui dimittũt peccatũ quantũ ad
actũ. quantũ ad ꝯsensum. ꝛ quantuz ad
cogitatũ Et isti pfectissime tollũt. Quar
to aũt si mortiferꝫ quid biberint non eis
nocebit. Mortiferꝫ aũt nõ nocet quãdo
gustat sed nõ bibit. aut qñ bibit sz stat iz
reijcit. aut qñ tiriache remediũ adhibet
Qñ igit diabolus aliquã mortiferã sug
gestionẽ alicui offert. his tribus casibus
nocere nõ põt. ¶ Primo qñ quis illam
gustat sed nõ bibit. hoc ē sentit sz nõ cõ-
sentit. qꝛ statim diabolo resistit ꝛ ꝯtradi-
cit. Jaco. iiij. resistite diabolo ꝛ fugietꝰ a
vobis. ¶ Secũdo qñ quis bibit p ꝯsen
sum ꝛ opatõem. sed statim reijcit p con-
fessionẽ. Prouer: xxx. Uerba ꝯgregãtis
filij vomẽtis. Jlle enim q peccata ꝯgre-
gat p opatõem statim dz ea euomere per
ꝯfessionẽ. ¶ Tertio qñ recurrit ad tiria
cham. i. ad sanguinẽ iesu xpi. Aug. Effu
sus est sanguis medici ꝛ facta ē medicia
frenetici. ¶ Quinto sup egros manꝰ im
ponẽt ꝛ bñ habebũt. Sunt qdaz sani. q
dam infirmi. qdam mortui. quidã fetidi
Sani sunt iusti. infirmi sunt de nouo cõ
uersi. mortui sunt peccatores. fetidi sũt
in peccatis diu ꝑmanẽtes. Sancti igit
viri aliquãdo ponunt manus suoꝝ me-
ritoꝝ. i. suoꝝ suffragioꝝ sup sanos. non
vt sanent. sed vt in sanitatẽ ꝯseruentur
ꝛ maiorẽ grãm mereant. Act. viij. Tunc
imponebãt sup illos mãus ꝛ accipiebãt
spũm sanctũ. Imponũt sup debiles ꝛ in
firmos vt ad bñ opandũ fortificent. Ja.
v. Infirmat quis in vobis inducat pres-
biteros ecclesie ꝛc. Imponũt sup mortu
os vt a peccato reuificent. qd̃ significa-
tũ est Matth. ix. vbi dominus tẽuit ma
num puelle mortue dicẽs Tibi dico sur
ge. Imponũt sup fetidos vt misericordi
ter reparent. sicut pz in Lazaro quatri
duano ꝛ fetido. quem deus misericordi
ter suscitauit.

¶ Sermo. clv. ¶ De trãslatiõe beati Do
minici sermo. i.

ANte translatõem testimo
niuz habuit Enoch
placuisse deo. Hebreo. xi. Ho
die festum translatõis domi
nici celebramus. Cõmendat aũt in v̇bis
p̃missis a tribus. ¶ Et primo a sua sacra
dedicatõe cum dicit Enoch. qd̃ interp̃ta
tur dedicatio. Dedicauit enim omnium
dñio sua: ꝛ se. sua qdẽ oia xp̃o dñio dedi-
cauit pp xp̃m oia relinquẽdo ꝛ paupibꝰ
largiẽdo Dedicauit ꝛ se dño iesu xp̃o vt
pote totã vitam suã in dei obsequiũ mã
cipãdo. s. suã pueritiã. suam iuuentutez
ꝛ totam suam reliquã etatem. ¶ Nam ꝛ
in pueritia sua sepe lectũ dimisit. ꝛ sup
terram iacuit ꝛ accubuit. Prouerbi. xx.
Ex studijs suis intelligit puer. In iuuẽ
tute lasciuias iuuenũ declinauit ꝛ libros
vendens p̃cium paupibus erogauit. Ec
clesia. xxij. Que in iuuẽtute nõ congre-
gasti. quomõ inuenies in senectute. To
tam etiã reliquam suã etatẽ in ordie lau
dabiliter ꝯsumauit. Sap. iiij. Consuma
tus in breui expleuit tempora multa ꝛc.
¶ Secundo ꝯmendat a diuina appro
batõe cum dicit. placuisse deo. Placuit
autem deo p tria. s. per ordinem quez in
stituit. per animas quas conuertit. ꝛ p
sensualitatẽ quam rationi seruire coe-
git. ¶ De his tribus dicit Eccle. xxv. In
tribus beneplacitũ est spiritui meo que
sunt concordia fratrũ. hoc quantuz ad
ordinẽ quem instituit. vbi vnã animam

⁊ vnũ corpus eſſe voluit. Amor ꝓximoꝝ hoc quantũ ad animas quas conuertit quas ad dei ⁊ ꝓximi diſlectõnem ⁊ amorem adduxit. Et vir ⁊ mulier ſibi bene ꝯſentiẽtes. hoc quantũ ad ſenſualitatez quam ratõi ſeruire coegit. ¶ Tertio cõmendaꝛ a miraculoſa tranſlatõe cuz dr̃: Ante tranſlatõem teſtimonium habuit. ¶ Habuit qdem teſtimoniũ ante tranſlatõem. ⁊ poſt tranſlatõem. ⁊ in ipſa tranſlatõe. ¶ Ante tranſlatõem qdem. ſ. dum vinceret in mundo habuit triplex teſtimoniũ. de quo dicit Joan. v. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra. ſ. ſpiritus. aqua. ⁊ ſanguis. Sic qdem beato dominico adhuc viuẽte in terris teſtimoniuz dedit ſpũs ſanctus replẽdo ipm chariſmate omniũ grãrum. Eccle. xv. Adimpleuit eum ſpũ ſapientie ⁊ intellectus. Teſtimoniũ ſibi dedit aqua in abundantia lachrimarum. Unde dicit in legẽda ſua. Spãlem grãm ſibi dederat deus flere ꝓ peccatoribus miſeris ⁊ afflictis. Teſtioniũ ſibi dederat ſanguis. i. feruens martirij deſideriũ. vnde dicit de eo. Sitiebat ſeruus xp̃i martiriũ ſicut ſitit ceruus ad aque fluuiũ. ¶ Secũdo habuit teſtimoniũ poſt trãſlatõem ſicut mõ hꝫ in celo. qꝛ tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo. ſ. pater verbũ. ⁊ ſpũs ſanctus. Pater nãqꝫ introduxit eum in theſauꝝ ſue potentie. p̃s. Introibo in potẽtias domini ⁊c̃. Prouer. xxi. Theſaurus deſiderabilis ⁊ oleũ in tabernaculo iuſti. In beato enim Dominico qui fuit tabernaculuz xp̃i eſt theſaurus ad ditandũ. ⁊ eſt oleũ ad miſerandũ. Habẽti illum theſauꝝ nõ deeſt facultas. Habenti miſeratõis oleum nõ deeſt volũtas ⁊ ideo hꝫ ptãtem vt ditari poſſit. ⁊ hꝫ voluntatẽ vt ditari velit. Filius ſtatuit eum iuxta ſpeculũ ſue ſapientie. de quo ſpeculo dicit ſapiẽtie. vij. Candor enim eſt lucis eterne ⁊ ſpeculuz ſine macula. Beatus igit Dominicus ⁊ bibit in fonte diuino ⁊ videt in ſpeculo claro. p̃s. Apud te fons vite ⁊ in lumine tuo videbimus. Spũs ſanctus introduxit euz in fontem gratie ⁊ miſericordie. de quo dicit Apoca. xxij. Oſtendit mihi fluuiuz aque viue ſplendidũ tanquã criſtalluz. Ipſe enim modo hꝫ grãm dei abundãtem. ideo dicit fluuiũ. Indeficientem. ido dicit aque viue. Refulgentez. ideo dicit ſplendidũ tanquã criſtallum. ¶ Tertio habuit teſtimoniũ in tranſlatõe ꝑ odorẽ mirabilem qui d̃ eius tumulo emanauit. Nõ enim ille odor erat naturalis ſed mirabilis qꝛ fuit res ardua. res inſolita. et res inſperata. ⁊ res contra ſolitũ nature effecta. ¶ Fuit enim res ardua. ⁊ hoc ratiõe virtutis. ¶ Tante enim virtutis fuit ꝙ infirmos curabat. Eccleſia. xxiiij. Quaſi mirrha electa dedi ſuauitatem odoris. Sicut enim mirrha expellit ſerpẽtes ſic odor ille fugabat demões ⁊ omnes infirmitates. ¶ Secũdo fuit res inſolita. Et hoc ratõe qualitatis. Nulli. n. odori materiali ſimilis videbatur. Quia nimiꝝ celeſtis pigmẽtarius nõ de materia terrenoꝝ aromatũ. ſed de plenitudie celeſtiũ chariſmatũ ipm ꝯfecerat. Eccle. xxxviij. Unguentarius faciet vnguenta ſuauitatis ⁊c̃. ¶ Tertio fuit res inſperata. Et hoc ratiõe quãtitatis. Uicebat. n. oẽs alios odores. Can. iiij. Odor vnguẽtoꝝ tuorum ſup omnia aromata. Quarto fuit res ꝯtra ſolitũ curſuz nature effecta. Et hoc ratõe originis. Eſt nãqꝫ ꝯtra curſum nature vt de oſſibus fetidis. vñ ꝯſueuit emanare fetor tãtus exeat odor. Eccle. xlix. Oſſa ipſius viſitata ſũt a deo ſ. ꝑ tam miri odoris infuſioné. vnde ſeqtur. Et poſt mortẽ ꝓphetauerũt nõ qdez verbis ſed miraculis. nõ lingua ſed ſuauis odoris fragrãtia nõ voce: ſed ſpiritu ⁊ virtute.

¶ Sermo. clvi. ¶ De tranſlatõe eiuſdez ſermo. ij.

ENoch placuit d̃o ⁊ trãſlatus eſt in paradiſum vt daret ſapientiã gentibus. Eccle. xliiij. Per tranſlatõem ipſius Enoch in paradiſuz terreſtrem ſignificaꝛ tranſlatio Beati Dominici hodie facta in eccleſia militanti In verbis aũt p̃miſſis ſanctus Dominicus a quattuor ꝯmendaꝛ. ¶ Primo a deuota xp̃i imitatõe. cum dicit. Enoch qui interpretaꝛ ambulans cum deo. Cõſueuit autẽ homo libenter cũ alio ambulare ⁊ ſe ſibi aſſociare. aut quando eſt ſimilis. aut quãdo eſt familiaris. aut quãdo eſt

ꝓpinquus siue ... is. Innocẽtia autez
facit hominẽ xp̄o similẽ. ideo xp̄s inno-
centes sibi libẽter adiungit. p̄s. Innocẽ
tes ⁊ recti adheserunt mihi. Cõtempla-
tio facit hominẽ deo familiarem. Unde
dicit̄ de moise maximo ꝯtemplatore dei
Exo. xxxiiij. Loquebat̄ dominus ad moi
sen facie ad faciem sicut loqui solet hõ
ad amicũ suum. Castitas aũt facit homi
nem deo ꝓpinquũ ⁊ affinẽ. Sap. xv. In
corruptio ꝓximũ deo facit. Recte autem
xp̄s ambulauit cum beato Dominico. ⁊
beatus Dominicus cũ eo. Tum qꝛ fuit si
bi similis seruãdo innocentiã baptisma
lem. Tum qꝛ fuit sibi familiaris ꝑ contẽ
platõem celestem. Tum qꝛ fuit sibi ꝓpin
quus ⁊ affinis ꝑ pudicitiã virginalem.
p̄s. Ego aũt in innocẽtia mea ingressus
sum. hoc quo ad innocentiã baptismalẽ
Pes meus stetit in directo. hoc quo ad
virginalẽ pudicitiam. Pes. i. affect⁹ ani
me tunc in directo stat. quãdo ad nulla
ĩmunda dilabit̄. sed semꝑ mundus. ⁊ ca
stus seruat̄. In ecclesiis benedicaz te do
mine. hoc quo ad ꝯtemplatiõem eternã.
¶ Secundo cõmendat̄ a diuina appro
batõe cum dicit̄. placuit deo. Inter cete
ras aũt virtutes que deo placent est mi-
sericordia iuxta illud Matthe. ix. Mise
ricordiã volo ⁊ nõ sacrificiũ. Beat⁹ Do-
minicus misericordiã habuit tꝑalem ⁊
spiritualem. Temporalẽ quidem quia li
bros suos vendidit ⁊ pauperibus dedit
ꝓ redemtõne captiui seip̄m vendere vo-
luit. Si ergo fuit tante charitatis. pieta
tis. ⁊ liberalitatis in mundo. multo forti
us nũc est in celo. cũ hic charitatis igni-
culus ⁊ ibi caminus. Isai. xxx. Dicit do
minus cuius ignis in syon. ⁊ caminus
in hierusalem. ¶ Hic stilla pietatis. Ibi
fluuius. p̄s. Fluminis impetus letificat
ciuitatem dei. Hic fragmentũ liberalita
tis. Ibi cumulus. Luce. vi. Mensuram
bonam ⁊ confertã ⁊c̃. ¶ Habuit etiã mi-
sericordiã spiritualem in ꝯuersione pec
catoꝝ ꝑ sollicitã ⁊ feruentẽ predicatio-
nem. ¶ Noluit enim exercere officium
mundanũ. sed in hoc exercuit officium
apostolicũ. i. Corin. i. Non misit me do-
minus baptizare. sed euangelizare. Offi
cium angelicũ. Luc. ij. Ecce euangelizo
vobis gaudium magnũ. ¶ Officium di
uinũ. ¶ Unde dixit Christus Luce. iiij.
Aliis ciuitatibus euãgelizare me opor-
tet regnũ dei. quia ideo missus sũ. ¶ Ter
tio cõmendat̄ a felici translatione. cum
dicit̄. Et translatus est in paradisuz. Fu
it Dominicus tripliciter translatus an-
te mortem. in morte. ⁊ post mortem. Pri
ma translatio est quantũ ad corpus ⁊ spi
ritum. Secunda est quantũ ad spirituz.
Tertia quantũ ad corpus ꝓprium. Pri
ma fuit de loco periculoso ad locum se-
curũ. Secunda translatio fuit de loco la
borioso ad locum quietũ. Tertia de loco
despecto ad locuz honorificũ. ¶ Prima
quidez translatio est quantũ ad corpus
⁊ spirituz. s. quãdo de mundo trãslatus
est ad claustrũ relinquẽs munduz. ⁊ cor-
pore per habitatõem. ⁊ mente per amo-
rez. Sapientie. iiij. Placens deo factus
dilectus ⁊ viuens inter peccatores trans
latus est. ¶ Secunda translatio est quan
tum ad spiritũ. s. de mundo ad celum.
Col. i. Eripuit nos de potestate tenebra
rum. ⁊ transtulit in regnũ filii dilectiõis
sue. ¶ Tertia est quantũ ad corpus pro-
prium de loco. s. despecto ad locum ho-
norificum. De quo põt exponi quod di-
cit̄ Gene. vltimo. Deus visitabit vos. as-
portate ossa mea vobiscum de loco isto.
¶ Primam visitatõem seu translatõem
fecit spiritus sanctus qui sibi inspirauit
vt mundũ relinqueret ⁊ religionem in-
traret. Sapiẽtie. iiij. Properauit illum
educere de medio iniquitatũ. ¶ Secun
dam fecit angelus. imo pater ⁊ filius. vt
pz in apparitõe scale. ¶ Tertiam fecit fi
delium cetus. Unde põt exponi illud qd̄
dicit̄. ij. Paral. v. Cum venissent cuncti
seniores israel portauerunt leuite arcaz
⁊ intulerunt eam in tabernaculũ. Et di
cit ꝙ translatus est in paradisum. Nam
prima translatio facta est in paradisum
religionis. Gene. ij. Tulit deus hominez
idest beatum Dominicũ. ⁊ posuit euz in
paradisum voluptatis. i. religionis vt
operaret̄ ⁊ custodiret illum. Religiosus
enim vir dꝫ contemplatõni insistere. per
bona opera se exercere ⁊ suum ordinem
custodire. ¶ Secunda facta est in para-
disum ecclesie triumphantis. Apoca. ij.

Uincenti dabo edere de ligno vite quod
est in paradiso dei mei. ¶ Tertia transla
tio facta est in paradisum ecclesie mili,
tantis vbi dat misericordia ad remissio
nem ⁊ gratia ad iustificatōem. Eccle.xl.
Gratia dei sicut paradisus in bñdictio,
nibus ⁊ misericordia in secula ꝑmanet.
¶ Quarto ⁊ vltimo Beatus Dominicꝰ
ꝯmendat a finali intentōe cum dicit Ut
daret gentibus sapientiā. Nam inquan,
tum trāslatus est in paradisum religio,
nis dedit sapiam suis doctrinis. Pro
uerbi.v. Deriuentur fontes tui foras ⁊c̄.
Jnquantū vero translatus est in paradi
sū ecclesie triumphātis dat sapiam suis
meritis. Eccle.xliiij. Sapiam sanctoꝝ
narrant populi ⁊c̄. Et inquantū transla
tus est in paradisum ecclesie militantis
dat sapiā suis miraculis que quotidie
innouant ⁊ fiunt. Eccle.xxxvi. Jnnoua
signa ⁊ imuta mirabilia.

¶ Sermo.clvij. De eiusdē trāslatōis.f.iij.

Ecce odor filij mei sicut odor
agri pleni cui bñdixit
dominus. Gene.xxvij. Quia
in translatōe beati Dominici
magnus odor emanauit. Jdeo verbū ꝓ,
positū de ipo pōt exponi vt sit verbū di,
centis. Ecce odor filij mei ⁊c̄. Ubi quat,
tuor dicunt de ipo odore. ¶ Primo ꝙ ñ
fuit occultus sed manifestus cum dicit.
ecce odor. Nam hec dictio seu aduerbiū
ecce. euidentiā dicit seu importat. Quat
tuor aūt sunt que occultari nō possunt
s. res luminosa. Ephe.v. Omne qđ mani
festat lumē est. Res vaporosa. Ecclesia.
xxiiij. Quasi libanus nō incisus vapora
ui habitatōem meam. Res ignita. Pro,
uer.vi. Nūquid pōt qs abscondere ignē
in sinu suo ⁊c̄. Res alta ēt occultari non
pōt. Matth.v. Nō pōt abscondi ciuitas
supra montē posita. His quattuor d cau
sis odor sanctitatis sancti Dñici abscon
di nō potuit. ¶ Primo qꝛ fuit luīnosus.
vt.s. mūdū tenebrosū illuīaret. Ecc.l. q̄si
stella matutia in medio nebule ⁊c̄. Mū,
dus.n. patiebat nebulas peccatoꝝ. tene
brositatē erroꝝ. ⁊ obscuritatē ignorātia
rū. Cōtra pͥmū attulit statū lucide vite
Et iste ē radiꝰ stelle matutine. Contra se
cundū attulit radium plene doctrine. ⁊

iste est radius lune plene lucentis in no
cte. Cōtra tertiū attulit radiū sapie ⁊ iste
ē radius solis lucētis in die. ¶ Secūdo
fuit vaporosus vt mūdū fetidū odore re
ctificeret. qꝛ eiꝰ caro vaporauit odorem
virginitatis qua instar lilij canduit ps̄. Ju
stus germinabit sicut liliū. Eiꝰ cor vapo
rauit odorē charitatis qua instar rose ru
buit. Eccle.xxiiij. Quasi plātatio rose in
hierico. i. in ecclia militāti. Eiꝰ opꝰ vapo
rauit odorē scitatis q̄ instar thuris deo
placuit. Can.iiij. Odor vestimētoꝝ tuoꝝ
sicut odor thuris. eiꝰ v̇bū vaporauit odo
rē v̇itatis qꝛ instar balsami redoluit. Ec
cle.xxiiij. Quasi balsamū ñ mixtū odor
meus. Eiꝰ fama vaporauit odorē celebri
tatis q̄ instar odoris vincē bonos refecit
⁊ malos ac serpētes ⁊ hereticos effuga,
uit. Can.ij. Uinee florentes odorē dede,
rūt. ¶ Tertio fuit ignitꝰ vt mūdum frigi
dū inflāmaret. Portauit enim secū tres
ignes. s. ignita v̇ba. Ecc.xlviij. Uerbū il
liꝰ q̄si facula ardebat. Jgnita exempla:
Job.xxxvij. Nōne vestimenta tua calida
sūt. Et ignita desideria. Eze.i. Scintille
q̄si aspectꝰ eris cādētis. ¶ Quarto fuit
altꝰ ꝑ ꝯsilia vt mūdū d̄iectū erigeret. Hō
qdē fuerat hūiliatꝰ infra angelū vsqꝫ ad
exiliū ⁊ vsqꝫ ad r̄reoꝝ affectū. Sꝫ beatꝰ
dñicꝰ oñdit remediū ꝑ qđ hō erigat se vs
qꝫ ad dignitatē āgeli. s. ꝑ votū castitatis
vsqꝫ ad sublimitatē celi ꝑ votū obedien
tie. sic̄.n. iobediētia d̄ celo hoiēꝫ expulit
ita obediētia ipꝫ ad celū reduc̄ vsqꝫ ad
dñiū mūdi ꝑ votū pauꝑtatis q̄ latissima
ē ⁊ hoiēꝫ mūdo dñari fac̄. i. Cor.viij. Al
tissima pauꝑtas eoꝝ abūdauit ⁊c̄. Fo de
isto odore oñdit ꝙ ñ fuit puꝰ sꝫ magnus
qꝛ dr̄ sic̄ odor agri plēi. ipleuit qđ mūdū
celū ⁊ tumulū. tal.n. odor mūdū ipleuit
Odor aūt q̄druplr̄ cāri ꝯsueuit. Aliñ.n.
cātur ex ꝯcrematōe. Ecc.l. Quasi thꝰ ar
dēs i igne. Aliñ ex ꝯtritōe. Aromata.n.i,
tegra redolēt modicū fracta mltū i plue
rē ꝯtrita plimū. Aliñ ex reuelatōe. Balsa
mū.n. clausū ñ sētit sꝫ vase apto sētit. io.
xij. Domꝰ ipleta ē odore vnguēti. Aliñ ex
agitatōe. vñ dic̄ aug. pl mō exagitatū. ⁊
exhalat fetorē cenūꝫ ⁊ fragrat suaue vn
guentū Jstis modis vr̄ fuisse cātus odor
bt̄i dominici. Jpse enim fuit totus igne

diuini amoris cōcrematus. Unde cū to-
ta nocte i ecclesia vestimētis madefactis
pernoctaret. mane inueniebant sicca: ac
si fuissent iuxta fornacē posita. Ipse etiā
totus fuit per maceratōem cōtritus. vn
de tres singulis noctibus recipiebat cū
quadaȝ cathena disciplinas. Ipse etiaȝ
toti mundo fuit reuelatus per exempla
vite. ⁊ per verba doctrine. per miraculo
rū operatōem. ⁊ per ordinis institutōeȝ.
Ipse. n. in vita actiua ⁊ contēplatiua fu
it sedule exercitatus. vnde dr̄ de eo. No
cte celi plustrās lumina ⁊c̄. ¶ Secundo
iste odor repleuit celum. In celo quidē
est quadruplex ager. Unus est plenus
balsamo sapie. Et iste ager est apostolo
rū. Secūdus est plenus rosis pacientie.
Et iste est ager martyrū. Tertius est ple-
nus violis contemplatōis eterne. ⁊ iste
est ager confessoꝝ. Quartus est plenus
liliȷs mūdicie. Et iste est ager virginum.
Beatus igit̄ Dominicus fulget in agro
apostoloꝝ per sapientiā. ideo in euan-
gelio qḋ de eo legit̄ assimilat̄ luci fulgen
ti. Fulget ēt in agro martyrū per chari-
tateȝ ignitā. ideo assimilat̄ ibidē lucer-
ne ardenti. Fulget in agro cōfessorū per
cōtemplatōem supernā. ideo assimilat̄
ibidem ciuitati eminēti. Fulget in agro
virginuȝ per mūdiciā. ideo assimilat̄ ibi
dem sali cōdienti. ¶ Tertio iste odor im
pleuit tumulū. nec miruȝ qꝛ eius corpꝰ
fuit alabastrum plenū vnguento oīum
gratiaruȝ. Cant. iiij. Odor vnguentoruȝ
tuorū super omnia aromata. Fuit apo-
theca plena aromatibus omniū virtu-
tuȝ. Canti: v. Gene eius sicut areole aro
matuȝ. Fuit hortus plenus floribus bo-
norum operuȝ. Eiusdeȝ. iiij. Surge aqui
lo ⁊ veni auster perfla hortuȝ meum ⁊c̄.
¶ Ultimo dicit̄ de isto odore ꝙ fuit a di
benedictōe emissus: cum dicit̄. Cui be-
nedixit dominꝰ. Ipse eniȝ vt habet̄ Ge-
nes. xlix. Fuit a deo benedictus benedi-
ctōe celi desup: ꝓpter gratie ⁊ omnium
virtutuȝ infusioneȝ: benedictōibꝰ abyssi
iacētis deorsū ꝑ odoris ex tumulo ema
natōem. bn̄dictōibus vbeꝝ ⁊ vulue. ꝑ
filioꝝ ꝓpagatōem.

¶ Sermo. clviij. ¶ In die penthe-
costes Sermo primus.

Cor mūdum crea in me de-
us. ⁊ spūm rectū inoua i vi-
sceribus meis ⁊c̄. Propheta
volens petere grām spūs sancti. ¶ Prio
petit dari sibi quiddā ante eius aduen-
tum sciȝ cordis emundatōeȝ cuȝ dicit.
Cor mūdū crea in me deus. ¶ Petit qd-
dā sibi dari i eius aduētu. s. cordis ino-
uatōem: cum dicit. Et spūm rectū inoua
in visceribus meis. ¶ Quiddā petit si
bi dari post eius aduētū. s. grē ꝯfirmatio
nē. cū subdit. Et spū principali cōfirma
me. ¶ Petit igit̄ prio mūdiciā cordis.
Qui. n. vult spūm sanctū recipere debȝ
cor mūduȝ habere. Rō huius est: qꝛ spūs
scūs ē colūba celestis. Luce. iij. Descēdit
spūs sanctus sicut columba in ipsum.
Et hospes honorabilis. Sap. xviij. So-
lem sine lesura boni hospitij prestitisti.
Est amicus dulcis. Eiusdem. vij. Infini
tus thesaurus est hominibꝰ quo qui vsi
sunt participes facti sunt amicitie dei.
Est balsami liquor suauis. Eccle. xxiiij.
Quasi balsamū nō mixtuȝ odor meus.
Quia ergo spūs sanctus est celestis. iō
nō habitat in corde luctoso ⁊ per pecca-
tum mortale inquinato. sicut nec colū-
ba ponit pedem in luto: qḋ significatum
ē Gen. viij. Ubi noe columbaȝ emisisset:
cum adhuc tota terra paludosa eēt nō
inueniens vbi requiesceret ad arcam ē
reuersa. ¶ Secūdo qꝛ est hospes honora
bilis nō vult habitare in hospitio pulue
ribus venialiū peccatoruȝ asperso. ideo
dicit Greg. Tergat ergo sordes prui ope-
ris qui deo preparat domum mentis.
¶ Tertio qꝛ est amicus dulcis: vult ha-
bitare in loco florido. i. ameno per va
riaruȝ virtutuȝ adornatōem. Unde dile
cta inuitat amicū suuȝ dicens Canti. i.
Lectulus noster floridus est. ¶ Quarto
quia est balsami liquor suauis. vult re-
poni in vase solido per perseuerātiā: ⁊
precioso per charitatē veraȝ. Eccle. l. q̄si
vas auri solidum ⁊c̄. In corde igit̄ luto
so ⁊ inquinato nō habitat: sȝ fugit. Sa-
piētie. i. In maliuolā animā nō itroibit
sapiētia: neqȝ habitabit in corpore sub-
dito peccatis. In corpore vero puluere
venialiū aspso hitat: sed nō libenter. qꝛ

quodāmodo a multitudine venialiū cō
tristaꝛ. Eph.iiij. Nolite cōtristare spūm
scūm. In corde vero puro ⁊ florido ha-
bitat delectabiliꝛ. Sap.viij. Delitie mee
esse cū filijs hominuz. In corde solido
precioso ⁊ firmo habitat perseueranter.
Joā.xiiij. Ad euz veniemus ⁊ māsionē
apud euz faciemus. ¶ Scdō ꝓpheta pe
tit quiddā sibi dari in eius aduentu.s.
cordis inouationē. Spūs eniz scūs est
ignis dei. Luce.xij. Ignē veni mittere in
terraz ⁊c̄. Et est fons dei. ps. Q: apō te
est fons vite ⁊c̄. Est auster dei. Cant.iiij.
Surge aquilo ⁊ veni auster ⁊c̄. Fac nos
habitare in foraminibus petre.i.in vul
neribus christi. Cant.ij. Surge propera
amica mea columba mea: ⁊ veni in fora
minibus petre. Quia spūs sanctus est
ignis dei. renouaꝛ homo instar argenti
deponēdo scoriaz peccati. Ysa.i. Exco-
quaz ad purū scoriā tuaz. Quia ē fons
dei renouaꝛ instar aqle ⁊ cerui. Aquila
namqz exusta radio solari se in aquam
ꝓijcit ⁊ vetustatē deponit. Et ceruus pu
gnans cuz serpente hausto veneno i fon
tem se proijcit ⁊ venenuz abijcit. Sic ani
ma in fonte spūs sancti renouatur sicut
aquila nouā cōuersatōem assumēdo. ps.
Renouabiꝛ vt aquile iuuētus tua. Et in
star cerui venenuz abijciendo peccati.
ps. Quēadmodū desiderat ceruus ad
fontes aquarum ⁊c̄. Quia est auster dei
renouatur anima instar accipitris depo
nēdo plumas vetustas viciorzuz induen
do nouas plumas virtutū. Job.xxxix.
Nūquid per sapientiā tuā plumescit ac-
cipiter alas suas expādens ad austrum.
quia facit animā habitare in foramini-
bus. renouaꝛ instar serpentis qui tran-
siens per foramē angustuz deponit vetu
staz pellez. Et sic anima habitās in vul-
neribus christi per deuotiōem deponit
vetustaz conuersatōem. Eph.iiij. Depo-
nite vos ſm pristinā cōuersatōem veterē
hominē. ¶ Tertio ꝓpheta petit sibi da
ri quiddā post eius aduentuz.s. gratie
cōfirmatōem. Spūs enim sanctus ꝯser
uaꝛ ⁊ cōfirmaꝛ ad similitudinē aq̄: pu-
pille: flāme: lucerne. ⸿ Diciꝛ enim spūs
sanctus aqua. Jo.iiij. Qui biberit ex aq̄
quā ego dabo ei non sitiet in eternum.

que sicut conseruaꝛ per decursuz. sic spi
ritus sci gratia per bonorū operū exer-
citium. Ideo monet apostolus.ij. Cor.
vi. Hortamur vos ne in vacuuz gratiam
dei recipiatis. ⸿ Secūdo spūs sanctus
ē sicut pupilla que habet hominē diri-
gere ⁊ illuminare. ps. Spūs tuus bonꝰ
deducet me in terram rectaz. sicut ergo
ipsa pupilla cōseruaꝛ per palpebre op-
positōem: sic spūs scūs per elemosynaꝝ
largitōem. Eccle.xvij. Elemosyna viri
quasi sacculus cum ipso: ⁊ grām homis
quasi pupillaz cōseruabit. ⸿ Tertio spi
ritus sanctus est sicut flāma siue ignis
qui habet animā inflāmare ad amorez.
qui quidē seruaꝛ per appositōem ligno
rū. sic spūs scūs per feruorez sanctoꝝ de
sideriorꝝ. Eccle.xxviij. Secūdum ligna
silue sic ignis exardescet. ⸿ Quarto ē si
cut lucerna que illuminat ea que sunt i
domo anime. que sicut cōseruaꝛ per olei
appositōem: sic grā spūs sancti per de-
uotōem. que quidem per oleū significaꝛ
qz facit animā rebus mūdi supernatare
⁊ in celuz ascendere iuxta illud Jo.iiij.
Fiet in eo fons aque salientis in vitam
eternam. ¶ Sermo.clx. ¶ De eo-
dem sermo secūdus.

SUper quē regescet spi
ritus meus:
nisi super humilez ⁊ quietum
⁊ tremētem sermones meos.
Uerbū istud intelligitur Ysaie.lxvi. ſm
aliaz trāslatōem. Ubi notaꝛ ꝙ sup tria
genera hominū requiescit. ¶ Primo su
per humilez. Jaco.iiij. Deus supbis re
sistit humilibus aūt dat grām. Hoc signi
ficatuz ē Gen̄.i. vbi.s.dr̄. Spūs dn̄i fere
batur super aquas. Non.n. fertur super
terraz: qz non requiescit in corde terre-
no. nec super aerez qz nō requiescit i cor
de elato. nec super ignez quia nō requie
scit in corde igne cōcupiscētie inflāma-
to: sed supra aquas quia regescit in cor
de mansueto. Ecōtrario: Spūs malignꝰ
ferꝛ super terraz: qz data est sibi ad man
ducanduz. Gen̄.iij. Terram comedes cū
ctis diebus vite sue. qz diabolus terrena
sibi incorporat. Ysa.lxv. Serpenti pul-
uis panis eius super aerē: qz datus ē sibi
ad habitandum. Eph.ij. Super princi-

pem potestatis huius aeris: qꝛ diabolus
superbos inhabitat. Job. xli. Ipse enim
rex est super omnes filios superbie. Su
per ignez gehēne: quia datus est sibi ad
cōburendū. Matthei. xiij. Discedite a
me maledicti in ignem eternuz qui pꝑa
ratus est diabolo ⁊ angelis eius. Et sup
ignez ꝯcupiscētie: qꝛ datus est sibi ad suc
cendēduz. Osee. vij. Oēs adulterātes q̄si
clibanus succensus a coquēte. Sup aq̄s
autez non confert: qꝛ in corde ductili ⁊
mansueto nō cōmorat: sed ibi cōtribula
tur. ps. Cōtribulasti capita draconuz in
aquis ibi submergitur. Exod. xv. Sub-
mersi sunt quasi plumbū in aquis vehe
mētibus. ¶ Secūdo requiescit sup quie
tis amatorem cum dr̄. Et quietuz. Unde
apostoli receperūt spūm scūm sedentes
idest a superfluis curis quiescētes. In
huius significatōez filij israel nō recepe
runt māna q̄ diu fuerunt in egypto ⁊ q̄
diu habuerūt farinā egypti: ⁊ q̄diu nō
transierunt mare egypti. nā i egypto n̄ ē
qes neqꝫ circa mare egypti. Illi āt sūt i
egypto qui sunt in peccato. Et isti non
possunt esse in quiete. Ysa. xlviij. Non est
pax impijs: dicit dn̄s. Illi etiā retinent
farinaz egypti qui retinēt adhuc dele-
ctatōem ⁊ cogitatōes peccati. Et tales
non sunt in quiete. Job. xiij. Cogitatōes
mee dissipate sunt torquētes cor meum.
Illi autem nō transierunt mare egypti
qui adhuc premūtur varijs sollicitudi-
nibus mūdi. Tales etiaz non sūt in quie
te. Joan. xvi. In mundo pressuraz habe
bitis: in me autez pacem. Qui eniz vult
vt spūs sanctus super eum requiescat: ⁊
quietez habere desiderat. exeat de tene-
brositate peccati. abijciat reliquias ⁊ oc
casiones peccati: ⁊ deserat anxias curas
mūdi. ¶ Tertio requiescit sup precepto
rum dei obseruatorez. Ideo sequitur. ⁊
trementē sermones meos. quod autem
obseruatio diuinoruz p̄ceptorū dispōat
ad recipiendum spūm sanctuz. hoc ha-
betur Joan. xiiij. Si diligitis me sermo
nes meos seruate: ⁊ ego rogabo patrem
⁊ alium paraclituz dabit vobis. Et etiā
ibidem. Si quis diligit me sermonē me-
um seruabit. ⁊ pater meus diliget eum.
⁊ ad eum veniemus: ⁊ mansionez apud
eum faciemus. ¶ In talibus enim venit
spūs sanctus inflāmando. venit fili⁹ eos
illuminando. venit pater in amore ⁊ co
gnitione eos conseruando. Quātūcun-
qꝫ vero sunt aliqui humiles: vel qetis
amatores: vel preceptoruz dei conserua-
tores. tamē perfecte spūs sanctus in eis
non requiescit. In peccatorib⁹ eniz nul-
lo modo requiescit qꝛ i eis est pugna cō
tinua. In sanctis autē qui sunt in via re
quiescit sed nō perfecte requiescit: sed
semiplene. nam in eis ē requies semiple
na. In beatis aūt requieuit ⁊ pfecte re-
quiescit: quia in eis est plena requies ⁊
perfecta. In huius significatōnem Noe
ter emisit columbaz. In prima missione
cum terra esset adhuc paludosa nulla-
tenus requieuit: sed ad arcam redijt. p
quod datur intelligi q̄ spūs sanctus nō
requiescit in peccatoribus qui habēt cor
da imunda ⁊ in cōtinua pugua. Ysaie.
lvi. Cor impij quasi mare feruēs qd̄ quie
scere non pōt. Et redundat fructus ei⁹
in conculcatōem ⁊ in lutum. In secūda
emissione colūba requieuit sed nō perfe
ctē requieuit: qꝛ requieuit super arborez
oliue sed nō perfecte requieuit qꝛ iteruz
ad archaz redijt. per quod datur intel-
ligi q̄ spūs sanctus in cordibus sāctoꝝ
qui sunt in via requiescit ꝓpter mundi
ciaz. sed nō pfecte in eis reqescit: quia ad
huc a corpore habent pugnam. Gal. v.
Caro cōcupiscit aduersus spūm: ⁊ spūs
aduersus carnem. In tertia emissiōe co
lumba pfecte requieuit: qꝛ vltra ad ar-
chaz nō redijt. per quod datur intelligi
q̄ spūs sanctus sup eos qui sunt in pa-
tria pfecte requiescit cuz in eorū cordib⁹
sit pax plena ⁊ requies perfecta. Ysaie.
xxxij. Sedebit populus meus i pulchri
tudine pacis: in tabernaculis fiducie: in
requie opulenta.

¶ Sermo. clx. ¶ De eodē sermo. iij.

REpleti sunt omnes spū
sancto ⁊c̄. Actu.
ij. Perfecta liberalitas in tri
bus cōsistit. s. quādo qs dat
multuz ⁊ multis ⁊ preciosa. Deus hodie
fuit valde liberalis. quia dedit multum
cum dicit. repleti sunt. Dedit multis cū
dicit. omnes. ¶ Et dedit donum vtile.

ꝛ preciosuz cū dr. spiritu sancto. ¶ De-
dit quidez apostolis multū q2 eis dedit
in abūdantia spūm sanctū. Licet.n. san
cti viri in presenti vita sunt quibusdaz
guttis spūs sancti aspersi. Apostoli ta-
mē fuerunt fluiali abūdātia pleni. Jo.
vij. Flumina de ventre eius fluēt aque
viue. Hoc autez dicebat de spiritu quez
erant accepturi credētes in eum. De isto
flumine dei dicitur Ezechiel.xlvij. Mē
sus est mille cubitos ꝛ traduxit me per
aquaz vsque ad talos. Rursūqz mēsus
est mille ꝛ traduxit me per aquam vsqz
ad genua. ꝛ mensus est mille ꝛ duxit me
per aquam vsqz ad renes. ꝛ mensus est
mille torrentez quem nō potui pertran
sire. quoniaz intumuerāt aque profūdi
torrentis qui nō potest transuadari. Jn
talis namqz est tota corporis supporta-
tio. Jn genibus est deambulatio. Jn re-
nibus est fomes ꝛ libido. Jn aquis in-
tumescētibus est abundātie plenitudo.
Jn istud ergo flumen spūs sancti apo-
stoli sunt traducti vsqz ad talos: quan-
do sunt facti fortes ad substinēduz pon
dus omniuz passionuz ꝛc. ps. Ego con-
firmaui colūnas eius. Usque ad genua
quādo facti sunt magnanimes ad pro-
grediendūz ꝛ aggrediendūz opera vir-
tutuz. ps. Jbunt de virtute in virtutez.
Usque ad renes: quādo debilitatus ꝛ
extinctus est in eis omnis fomes ꝛ con
cupiscentia. ps. Jnflāmatum est cor meū
scilz igne spūs sancti. ꝛ ideo renes mei
mutati sunt. Aque vero huius flumis
vehemēter in apostolis intumuerunt.
quia datus est eis spiritus in abundan
tia. Ysaie.xxx. Spiritus eius sicut tor-
rens inundās vsque ad medium colli.
Jn alijs sanctis flumen spūs sancti ascē
dit infra colluz. Jn apostolis autez vsqz
ad medium colli. Jn christo autem vsqz
supra colluz quia non ad mensurā re-
cepit spūm. Fuerunt autem apostoli re
pleti quadruplici mensura spūs sancti
de qua dicitur Luce.vi. Mensuraz bo-
nam ꝛ confertam. Mensuraz quidē bo
nam habuerunt in sua iustificatione.
Roma.v. Charitas dei diffusa est in cor
dibus nostris ꝛc. Confertā habuerunt
in aliorum conuersione. Deus enim su-
pra illud quod necesse erat eis ad iustifi
catōem. contulit ꝛ addidit ea que neces
saria erant ad aliorūz conuersionez sci
licet eloquentiam verbi. ardorem celi.
scripturaruz intelligentiaz. in aduersis
firmāz constantiaz. ꝛ in miraculis faciē
dis magnam potentiaz. Habuerunt mē
suram coagitataz in sui cōfirmatione.
q2 nunquaz ab ipsa cadere potuerunt.
ps. Uerbo domini celi firmati sunt ꝛc.
Et habuerūt mensurā superefluentē in
doctrinaruz abundāti emanatōne qua
totuz mundū doctrinis repleuerūt ps.
Flumen dei repletuz est aquis. Ex isto
flumine deriuati sunt multi riui.i. do-
ctoruz sentētie multe. Ex istis riuis pro-
cesserūt multa stillicidia.i. modernoruz
doctoruz dicta. Unde sequit. Riuos ei9
inebrians multiplica genimina eius.
¶ Secūdo liberalitas dī attendit i hoc
q2 dedit multis: in hoc qd dicit. Omnes.
Si ergo repleti sunt oēs spū sancto. er
go ꝛ peccatores qui non sūt repleti non
sunt de numero vniuersi. Omnia enim
entia aut habent esse: aut viuere. aut sen
tire aut rationari: aut intelligere. Pec-
catores aūt nō habēt esse quia omne esse
est a forma. Forma vero ipsius esse spūa-
lis est charitas. Juxta illud Phil. iij.
Obseruate eos qui non ambulant sicut
habetis formaz nostram. Quia igitur
peccatores non habent formaz esse spi-
ritualis. ideo non habent esse spiritua-
le. Unde dicit de diabolo Job.xviij. Ha
bitant in tabernaculis illius socij eius
qui nō est. ¶ Secūdo nō habēt viuere.
Duo enim sunt signa vite scilz sensus ꝛ
motus. Jpsi autem nō habent sensuz di
lectionis vel cognitōis diuine: nec mo-
tū operatōis bone. ps. Oculos habent ꝛ
nō videbunt. hoc quo ad sensuz diuine
dilectōnis ꝛ cognitionis. Duo eniz ocu
li sunt intellectus ꝛ affectus. Pedes
habent ꝛ nō ambulabunt. hoc quo ad
motuz bone operationis. ¶ Tertio non
habent sentire. Non enim sentiunt dia
bolicas tentatōnes. Jdeo autem nō sen
tiunt q2 consentiunt. Jlle eniz sentit qui
dissentit. Prouerb.xxiij. Uerberauerūt
me ꝛ ego non sensi. ¶ Quarto nō habēt
rationari q2 nō viuūt sm rationem: sed

ſm̄ ſenſualitatē. Et ideo nō ſunt rōnabi-les: ſed brutales. p̄s. Facti ſūt ſicut equ⁹ ⁊ mulus qbus nō eſt itellectus. ☞ Quinto nō hn̄t itelligere: q: vera itelligētia ē deū timere ⁊ a malo recedere. Prouerb. xxviij. Ecce timor dn̄i ip̄e ē ſapiētia: ⁊ recedere a malo itelligētia. ¶ Tertio oſtēdit liberalitas dei q: dedit donū p̄cioſuȝ cū dr̄: Spū ſancto. Ideo aūt ſpm̄ ſcūm receperunt: q: habuerūt corda pura ⁊ charitate vnita. ⁊ fuerūt receptacula munda: ſicut cantat eccl̄ia. Inuenit eos receptacula mūda: ⁊ tribuit eis charisſmatū dona. Inuenit eos ꝯcordes in charitate Quattuor eniȝ ſūt q̄ de facili ſe ifundūt ſcȝ aer dū attrahit̄: lux dūmodo feneſtra aperiat̄: aqua dūmodo loca dep̄ſſa inueniat. Et ignis dūmodo materiā p̄parată hēat. Et q: ſpūs ſanctus ſignificat̄ p aerē: lucē: aquā ⁊ ignē. ideo iſtar aeris ſe ſtatim diffundit dūmodo attrahit̄ deſiderio cordis. p̄s. Os meū aperui ⁊ attraxi ſpūm. Inſtar lucis dūmodo ap̄iat̄ feneſtra volūtatis. Apocal. iij. Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo ⁊c̄. Inſtar aq̄ dūmodo iueniat cor depreſſuȝ. ſ. humile ⁊ māſuetuȝ. p̄s. Qui emittit fontes in ꝯuallibus. Inſtar ignis dūmodo iueniat ligna bonoꝝ operuȝ. Eccleſiaſtici. xxviij. Sicut ligna ſiluarū: ſic ignis exardeſcit.

¶ Sermo. clxi. ¶ De eodē ſermo. iiij.

ROgabo patreȝ ⁊ alium paraclytū dabit vobis ſpm̄ veritatis queȝ nō poteſt mūdus accip̄e. Ioā. xiiij. Per mundū in hoc loco itelligunt̄ amatores mūdi. i. ſupbi: auari ⁊ luxurioſi. ☞ Iſta eiȝ tria peccata ſpm̄ ſanctū ne recipiat̄ ipediūt: ⁊ recepto malā remunerationē ipendunt: ⁊ male remuneratū expellūt. ¶ Prio igit̄ ne recipiat̄ ipediūt. ⁊ hoc oſtēdit Chryſ. ſup Mat. p tria exēpla dicens: Si leoni oſtendat̄ pratū virēs nō excitat̄ eius appetitus ad comedēdū: q: non eſt natura ei⁹ comedere herbas: ſȝ carnes. Si pluuia cadat ſup lapidē. lapis qdeȝ a foris balneat̄ ſȝ itus manet ſiccus. Si vaſi pleno aceto guttā mellis ifundas: mel p̄dis ⁊ acetū non imutabis. ☞ Per leonē igit̄ carnes comedentē itelligunt̄ hoies carnales q nihil ſpūale accip̄e pn̄t: q: nō eſt natura ſua ideſt ꝯſuetudo ſua appetere herbas virentes: ideſt celeſtes amenitates. ſed carnes: ideſt carnales voluptates. i. Cor. ij. Animalis hō nō p̄cipit ea q ſūt ſpūs dei. ☞ Per lapidē itelligunt̄ ſuperbi q hn̄t cor duꝝ. Iob. xli. Cor eius indurabitur ſicut lapis. Et iō pluuia ſpūs ſancti cor eius deforis tm̄ attingit. Int⁹ aūt itrare nō pōt: q: cor eius duꝝ ⁊ clauſum hȝ. Et iō iterius ſiccus remanet. Et dicere pōt illud p̄s. Aia mea ſicut terra ſine aqua tibi. ☞ Per acetū intelligūtur auari: q hn̄t cor plenū aceto. i. amore mūdano. Iō ſi aliq̄ dulcedo ſpūs ſancti cor eius itrauerit nō pōt ſentiri: q: p̄e abundātia amoris mundani p̄dit̄ ⁊ ſuffocat̄. iō dicit Aug. ſup illud: Diligite dn̄ȝ oēs ſancti eius. Diſce nō diligere mundū: vt diſcas diligere ip̄m deū. Auerte vt ꝯuertaris. Funde vt imple aris. ¶ Scd̄o iſta tria p̄ctā ſancto ſpūi iā recepto malā remunerationē ipendūt. Sicut eniȝ dicit Aug. imo Innocētius tertius in quadā decretali. Tria ſūt q̄ male remunerāt hoſpites ſuos. ſ. mus in pera: ignis in ſinu ⁊ ſerpēs in gremio. ☞ Mus in pera ē ſuperbia i aīa: que oīa bona ſpūalia comedit ⁊ corrodit. Ezech. vi. Non te extollas i cogitatōe aīe tue velut thaurus: ne forte elidat̄ virtus tua p ſupbiā: ⁊ folia tua comedat: ⁊ fruct⁹ tuos p̄dat: ⁊ relinq̄ris velut lignū aridū i heremo. ☞ Ignis in ſinu eſt auaritia in affectu: que oīa ſpūalia q̄ in aīa iuenit annihilat ⁊ cōſumit. Iob. xxxi. Ignis eſt vſq; ad ꝯſumptōem deuorans ⁊ oīa eradicans genimina ⁊c̄. Iſte ē ille ignis de quo dr̄ Prouer. xxx. Ignis. n. nūq̄ dicit ſufficit. ☞ Serpēs in gremio ē luxuria in aīo: que ibi venenuȝ diffundit ⁊ vitā grē extiguit. Prouer. v. Fau⁹ diſtillās labia meretricis. Eiuſdeȝ xxxiij. Ingredit̄ blande: ſȝ in nouiſſimo mordebit vt coluber: ⁊ q̄ſi regulus venena diffundet. ¶ Tertio iſta tria q̄ dicta ſunt ſpm̄ ſanctū male remuneratū expellūt. Sicut āt colligit̄ ex dictis Salomonis ⁊ q̄dā gloſa hoc tāgit. Tria ſunt que expellūt hoieȝ de domo. ſ. fumus: ſtillicidiū ⁊ mala vxor. ☞ Per fumū itelligit̄ ſuperbia q̄ in altū aſcēdit ⁊ cito deficit. p̄s.

Ascẽdit fumus ꝛc. Iste fumus superbie
spm̃ scm̃ de corde expellit: ꝛ nc reuertat
semp resistit. Act. vij. Dura ceruice ꝛ icir
cũcisi cordibus semp vos spũi scõ ,restiti
stis. ℣ Per stillicidiũ itelligit ipa auari
tia: q: stillicidiũ hoiez in domo ingetat:
sic auaritia varijs sollicitudibus ꝛ diui
tijs aiaz suffocat. iuxta illud Luce. viij.
A sollicitudibus suffocant. Tales enim
spm̃ scm̃ expellũt. cũ tñ dicat. i. Thess. v.
Spũm nolite extiguere. ℣ Per malam
vxorẽ itelligit carnalis ꝯcupiscẽtia: que
semp cũ rõne litigat. iuxta illud Gal. v.
Caro ꝯcupiscit aduersus spm̃. Et isti ta-
les spm̃ scm̃ ꝛ filiũ dei pedibus imũdis
ꝯculcãt ꝛ ꝯtumelia dehonorant. Heb. x.
Quãto magis putatis deteriora mereri
supplicia q filiũ dei cõculcauerit. ꝛ spũi
grẽ cõtumeliã fecerit. De hac vxore siue
ꝯcupiscẽtia carnali. Rom̃. viij. Pruden-
tia carnis mors ẽ. Uoluptas eim carnis
ita tenet hoiem in delitijs ꝙ ad eternas
delitias ꝑuenire nõ desiderat. Unde in
figura huius di. iij. Regũ. xij. ꝙ fecit hie
roboã duos vitulos aureos. vnũ in dan
aliũ in bethel ne populus reuerteret in
hierusalẽ sed ipos adorarẽt. Qui vituli
sunt duplex lasciuia. s. voluptas carnis
ꝛ vanitas mũdi quas tam clerici ꝙ̃ laici
adorãt: ꝛ ad celestẽ hierl'em ire nõ labo-
rãt. Ad hunc vitulũ ꝯflatilẽ faciẽdũ po-
pulus israel in aures ꝓiecit. q: qcqd hz
hõ ꝑciosuz ad hoc expẽdit: vt voluptas
vel vanitas ipleat. Et sic voluptas car-
nalis spm̃ sanctuz expellit.

¶ Sermo. clxij. ¶ De eodez Sermo. v.

IGnem veni mit-
tere in terraz. Et quid volo ni
si vt accendat Luc. xij. De isto
Que est ista que ꝓgredit quasi aurora cõsurgens: pulchra vt luna: electa vt sol. terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Cant. vi. Celestes spũs claritatem virginis eiusqꝫ gl'iaꝫ ⁊ laudẽ admirantes iter se querũt ⁊ dicũt. Que ẽ ista que ꝓgredit quasi aurora cõsurgens ⁊c̃. Admirant aũt eam quantũ ad quadruplicem eius statũ. ¶ Primo quãtũ ad suuꝫ ortũ. cũ. s. dicũt. quasi aurora: qꝛ ab omni pcti tenebra ẽ expurgata ⁊ luce gratie diuine ꝑfusa. Ceteri sancti cũ peccato originali cõcipiunt ⁊ nascunt. Christus aũt fuit sine pctõ originali cõcept⁹. ⁊ sine originali natus: Uirgo aũt maria mediũ locũ tenet: qꝛ fuit cũ pctõ originali cõcepta: ⁊ sine originali nata. Ista triplex dr̃ia tãgit Job. iij. vbi dr̃ ꝺ die culpe originalis que icepit qñ apti sũt oculi ade. Obtenebrent stelle caligine eius. Stelle eiꝫ. i. ceteri sci illo die culpe originalis sunt obtenebrati: qꝛ fuerũt cum pctõ originali ꝯcepti ⁊ nati. Expectet lucẽ. i. xp̃ꝫ ⁊ nõ videat. Iste eiꝫ dies culpe nõ vidit xp̃m nec in suo cõceptu: nec in suo ortu. Nec ortũ surgẽtis aurore. Aurorã siqdẽ. i. virginẽ beatã vidit quãtuꝫ ad cõceptũ: sed nõ vidit quãtũ ad ortũ. Necesse aũt fuit vt ista aurora nobis oriret. Añ eim eius ortũ hõ ifestabat i tentationib⁹ demonũ ⁊ ĩfirmus erat ad incipiendũ bonũ: ⁊ debilis ad ꝑseuerãdũ sꝫ adueniẽte ista aurora demones in infernũ fugiũt. hoies meritorie opari pñt ⁊ vsqꝫ ad finẽ opus ꝑducũt. Ista tria tãgunt in p̃s. Ort⁹ ẽ sol: ⁊ ꝯgregati sunt: ⁊ in cubilib⁹ suis collocabunt: quo ad primũ. exhibit hõ ad op⁹ suũ: quo ad scd̃ꝫ. ad opatõeꝫ vsqꝫ ad vesperã: quo ad tertiũ. Necesse ẽt fuit vt ista aurora oriret: qꝛ añ angeli officiũ suũ circa hoies nõ exercebãt qd̃ ẽ illuminare: ⁊ purgare: et ꝑficẽ: sꝫ adueniẽte ista aurora ceperunt nos disponẽ ad illumiatioñẽ grẽ: purgatioñẽ culpe: ⁊ ꝑfectione glorie. Istud notat Gen̄. xxxij. vbi dixit angelus iacob: Dimitte me aurora ẽ: qui euꝫ mittẽ noluit angelũ: donec triplicẽ grãm ipetrauit. s. illumiatioñẽ itellectiue. p hoc ꝙ israel sibi nomẽ iposuit. purgatioñeꝫ affectiue pro eo ꝙ neruus femoris eius emarcuit. ⁊ ꝑfectioñẽ gl'ie: p hoc ꝙ eum benedixit. ¶ Scd̃o mirant spũs celestes virginem quãtum ad ipsius ꝓgressum. Cum addunt pulchra vt luna. Ipsa autem nũquaꝫ aliquã maculã habuit i cogitationibus: qꝛ semꝑ fuerũt sancte. nec in affectionibus: qꝛ semper fuerunt mũde. nec in intẽtionibus: qꝛ semꝑ fuerunt recte. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non ẽ in te ⁊c̃. Fuit nãqꝫ in cogitatiõibus tota. pulchra in affectõnibus. sine macula in intẽtõibus. ¶ Secũdo luna habꝫ lucẽ variatã. ⁊ sepe obscuratam. Est aũt luna festiuitatũ distinctiua. Ecc. xliij. A luna signũ diei festi. In visione nãqꝫ istius lune semper magnũ festũ facit deus: angelus: ⁊ hõ beatus. Nã deus de hoc habet magnã gl'iaꝫ angelus magnaꝫ letitiaꝫ. homo beatus magnam honoris excellentiaꝫ. Judith xv. Tu gl'ia hierl'm. i. ipsius dei qui est visio pacis. tu letitia israel. i. angeloruꝫ q deũ facie ad faciẽ semꝑ vidẽt. tu honorificẽtia populi nr̃i. i. oĩum sanctoruꝫ et beatoꝝ: de quoꝝ ꝓgenia ip̃a descendit. Fuit aũt pulchra vt luna in sua conuersatione: ⁊ in sua vita. imo pulchrior quã luna: qꝛ luna habꝫ lucẽ multis maculis respꝑsam. Aliquãdo lucet in pricipio noctis. ⁊ significat bñ incipiẽtes. Aliqñ in fine noctis: ⁊ significat ꝑseuerãtes. qñqꝫ p totam noctẽ: ⁊ significat vitã bonam cõtinuãtes. Uirgo aũt Maria fulsit ⁊ i suo pricipio: qꝛ fuit i vtero scificata. In medio. qꝛ fuit filio dei illustrata ⁊ scẽ cõuersata ⁊ in suo vltimo: qꝛ in aĩa ⁊ corpore fuerat glorificata. Per noctẽ ẽt significari põt tẽtatio ⁊ tribulatio. Quidã eiꝫ sancti adiuuãt in pricipio tẽtatõnis: qdã i medio. qdã i fine. sꝫ bt̃a maria

semp adiuuat. ⁊ in principio dando con
stantiá. ⁊ in medio dando pseuerantiaꝫ
⁊ in fine dando glĩosam coroná. ¶ Ter/
tio hꝫ lucem eclypsatá ⁊ obscuratá. Se/
cundũ aũt bfm Aug. luna triplr obscu/
raf. Aut quádo nubibus tegif. aut quá/
do eclypsaf. aut quádo renouaf. ¶ Sic
ẽt virgo bñdicta fuit obscurata p sui hu
militatẽ p quá se obumbrabat. De h ha/
hef Canti. i. Nolite me ꝯsiderare ꝙ fu/
sca sim. qꝛ decolorauit me sol. Ac si dicat
Quátomagis sol me illuminauit p suaꝫ
maiestatẽ. tanto magis exterius me de/
colorauit p humilitatẽ. ¶ Secundo fuit
decolorata pp nimiũ doloris acerbitateꝫ
⁊ hoc in filij passione vbi cum sole. i. cuꝫ
filio suo xp̃o iesu passa est eclypsim. Jo/
hel. ij. Sol. i. xp̃us ꝯuertef in tenebras p
morteꝫ. ⁊ luna. i. virgo beata Maria cõ
uertef in sanguinẽ p dolorẽ. Non. n. tũc
tm̃ vnam mortẽ. sed tres quodámõ pas/
sa est Ezechi. xxxi. Duplicef gladius ac
triplicef. ¶ Una. n. mors seu tristitia q̃
ip̃a virgo Maria passa fuit ⁊ patiebaf.
fuit sepatio mr̃is a filio. ⁊ ista fuit mors
amara. Alia fuit sepatõ aie xp̃i a suo cor
pore. ⁊ ista mors seu tristitia fuit virgini
bñdicte multũ amarior. ¶ Tertia mors
fuit in matre. s. sepatio anime xp̃i a spũ
suo. Aia náqꝫ xp̃i Marie corpus suũ vi/
uificabat. Spũs vero suus cum spũ xp̃i
vnitus fuit. Magis. n. erat spũs bte ma
rie cum suo filio bñdicto q̃ in suo corpe
pprio. Qñ ergo xp̃s emisit spũm suum.
ip̃a dolorẽ intensissimuꝫ patiebaf. ⁊ ista
tristitia in virgine glĩosa fuit mors ama
rissima. qꝛ tũc doloris gladius ip̃ꝰ aiaꝫ
ptransiuit. ¶ Tertio virgo bñdicta fuit
obscurata p mortẽ suam corpalem. Tũc
enim facta est obscura. qñ ab ipsiꝰ corpe
aia recessit vt sicut obscuraref in morte
⁊ fieret nouiluniũ in resurrectiõe. Dam.
Sicut sol iste splẽdidus ac lucifluꝰ sub
lunari corpe latens ad breue videf defi/
cere cum suo nõ priuef lumine habẽs in
se phẽnem luminis fontẽ. sic ⁊ tu fõs ve
ri luminis incõsumptus vite thesaurus
lꝫ breui interuallo temporis corporalif
morti sis addicta. tamẽ copiose nobis i
fundis indeficiẽtis luminis claritatem.
¶ Tertio angeli admiranf eam quoad

dei filij ꝯceptum. cũ subiungunt. Electa
vt sol. Scõm aũt Augu. in sole tria vide
mus. s. ꝙ est. qd̃ lucet. ⁊ qd̃ calet. Ip̃a fu/
it electa sicut sol. qꝛ habuit electum esse.
Nam pater elegit corpus ip̃m sanctificá
do. p̃elegit aiam ip̃am virtutibus adim/
plẽdo. ⁊ vtrunqꝫ elegit ⁊ p̃elegit habita
re in tabernaculo suo faciẽdo p̃s. Elegit
eam deus ⁊ p̃elegit eam. Filius dedit si/
bi electá lucẽ. i. diuinoꝝ cognitõeꝫ. Apo
ca. xxi. Ciuitas nõ eget sole aut luna ⁊c̃.
Ista náqꝫ ẽ ciuitas de qua df̃ in p̃s. Glo
riosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ista ci
uitas nõ indiget illuminatiõe angelica.
ideo df̃ ꝙ nõ indiget sole nec illumina
tõe humana. ideo dicif ꝙ nõ indiget lu
na. sed illuminaf luce diuinitatis. iõ di.
Et claritas dei illuminabit illam ⁊ luce
humanitatis. ideo subditur. Et lucerna
eius est agnus. Spiritus scũs dedit sibi
calorẽ idest ordinatũ amorem. fm auteꝫ
Augu. quadruplex est gradus amoris.
Primo náqꝫ debemus diligere quod su
pra nos est. s. deũ. Deinde qd̃ sumꝰ. i. nos
ip̃os. Deinde qd̃ iuxta nos est. s. primuꝫ
Deinde quod infra nos ẽ scilicet mũdũ
⁊ totũ genus humanũ. Uirgo ergo bea/
ta ordinatá habuit charitatẽ. Ná quod
supra se erat. s. deũ amauit reuerẽter ꝙ
iuxta se erat. s. filium dilexit dulciter. ꝙ
ip̃a erat. s. se dilexit sapiẽter. qd̃ infra se
erat. s. genus humanũ dilexit miserico/
diter. ¶ Quarto admiranf eam quantũ
ad eius ascensum glĩosũ cum subdũt ter
ribilis vt castroruꝫ acies ordinata. Scie
bant enim angeli spũm humanũ corpo/
ri terreno inclusum ab ipsis minoratuꝫ.
Unde. p̃s. Minuisti eũ paulominus ab
angelis ⁊c̃. Et de hoc nõ mirabanf quia
corpus qd̃ corrumpif aiam aggrauat. sꝫ
tamẽ adequatõem tpe grẽ sunt expti. qꝛ
homines p virginalẽ munditiá adequá
tur angelis: de hoc ẽt nõ mirabantur eo
ꝙ homo factus est ad dei imaginẽ ⁊ dei
faciem contemplandá. Minoratõꝫ igif
nouerat nec de hoc admiratiõem ꝯcepe
rant. sublimatõem aũt credere nõ vale/
bant. Et ideo videntes humaná naturá
in duabus psonis: s. xp̃i ⁊ mr̃is sup ange
los sublimari in admiratõem sunt com
moti dicẽtes de xp̃o illud qd̃ legif Isai.

lx. Quis est iste qui venit de edom ⁊c. Et de virgine. Que est ista que pgredit quasi aurora consurgens. ⁊c.

¶ Sermo.ccxv. ¶ De eodem sermo. v.

QUe est ista que ascendit d deserto delitijs affluens innixa sup dilectū suuz. Canti. vlti. Si aliquis rusticus vel inexpertus lapidem pciosuz laudaret modica laus esset. sed si gēmarius doctissimus aliquē lapidē pciosum miraret ⁊ laudaret ingens laus esset. Si igit nos grossi ⁊ inexperti virginem laudamus parua laus videt. Maxima aūt laus est quādo spūs celestes laudāt tantam virginis maiestatē. ¶ Ponūt ergo angeli in pmissis verbis duo. ¶ Primo suam admiratōem cum dicunt. Que est ista ⁊c. Ad istam aūt admiratōem respōdet Augu. Ista est mr̄ dei regina celi domina mundi porta paradisi. In hoc aūt quod dicit Mater dei tria notat. Unū est q ipa sup xp̄z habuit materne auctoritatis impium. Luce. ij. Erat subditus illis. ¶ Secundum q debuit sublimari ad filiū. Dam. Decuit mr̄em ad filiū sublimari vt ad ip̄m ascendat sicut ad ip̄am descenderat. ¶ Tertiū q hz ad nos materne cōpassionis affectū. Unde frequenter ei dicere debemus. Monstra te esse mr̄em ⁊c. ¶ Secūdo est regina celi. Hiere. xliiij. Sacrificemus regine celi ⁊ libemus ei libamina. ⁊ faciamus placētas sicut fecimus nos ⁊ patres nostri. ⁊ saturati sumus panibus ⁊ bene nobis erat malumqz nō vidimus. Ex eo autez quo cessauimus sacrificare ei indigem⁹ omnibus ⁊ fame ⁊ gladio ɔsumpti sumus. sicut autem dicit in scholasticis historijs triplex erat distinctio eoꝝ que deo offerebant. Aut enim erat oblatio de animalibus ⁊ dicebat sacrificium. Aut erat de sicca materia vt de simule pane vel similibus. ⁊ tunc dicebat oblatio. Aut erat de liquidis. s. vino vel oleo ⁊ dicebatur libatio. Ista autem triplex distinctio tāgit hic. primo sacrificiū. cum dicit. Sacrificemus. Libatio cum subdit. Et libemus ei libamina. Oblatio cum subditur Et faciamus ei placētas. Nos autem debemus regine celi sacrificare corpora nostra p mortificatōem vicioꝝ libare corda liquida p ɔpassionē lachrymaꝝ ⁊ exhibere placentas. i. conscias placidas per interiorem nr̄am purificatōem. ¶ Tertio est domina mundi. ideo ad ip̄am tanq̄ ad dominā ⁊ augustā omissis alijs intermedijs appellare licebit. siue quis grauet a diabolo: siue a tyranno. siue a carne. siue a dei iustitia. Lz enim ad ipsam appellare siquis grauat a diabolo sicut pz in theophilo qui cū seruuz se diaboli fecisset. tandem appellauit ad augustaz ⁊ ip̄a totum irritū fecit. ⁊ ad pristinū statum gratie restituit eum Lz ēt ad ipsam appellare. siquis grauet a tyrāno hoc significat in hester. vbi tyrānus aman populuz dei voluit occidere. sed regina hester idest virgo bn̄dicta ip̄ius tyrāni malitie obuiauit ac sniam reuocauit ⁊ pplz ad pristinū statum restituit. Lz ēt appellare ad ip̄am siquis grauet a carne sicut patuit in Maria egyptiaca. que multo tpe libidini deseruiuit. sed ad ip̄am virginem cōfugit ⁊ appellauit. ⁊ sic carnis libidinem ⁊ ɔcupiscentiā superauit. Lz etiam ad ip̄am appellare. siquis se a dei iustitia sentiat aggrauari: Unde legitur in vita Beati Dominici q cuz xp̄s ɔtra mundū durā sniam pferre vellet. occurrit mater xp̄i gloriosa ⁊ dixit. Bone fili nō ſm eoꝝ malitiā sed ſm tuā misericordiam agere debes. ¶ Quarto est porta paradisi q p ip̄am tāquā p portā ad nos deus venit. Ezechi. xliiij. Porta h clausa erit ⁊c. Et p ip̄am virginem benedictaz Mariā qlibet tanquā p portam in celuz ascendit. Unde de ipsa cantat ecclesia. Tu regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida ⁊c. Et p ip̄am tanquā p fenestram deus ad nos oculo misericordie sue respicit. Canti. ij. En ipse stat post parietē ⁊c. Stat. n. post parietem nr̄m. i. post humanā natutā nr̄am. respicit nos p fenestrā idest p mr̄em suam. ⁊ p cancellos idest p vulnera sua. ¶ Secūdo angeli ponunt sue admiratōis rōnem. cum dicūt. Que ascēdit de deserto vbi ponit rō admirationis. ⁊ q de deserto ascendit. ⁊ quia d litijs affluens ascendit. ⁊ q innixa sup dilectū ascendat. ¶ Admirant nāqz ipi angeli siue celestes spūs angelici quod

ascendit de deserto idest de mundo.tan
tis vitijs pleno.de quo qdem mũdo de⁹
ipam virginem bñdictam innocẽter de/
duxit ⁊ eduxit.deut.viij.Ductor fuit do
minus deus tuus in solitudine i q̃ erat
serpẽs flatu adurens.⁊ scorpio atqз dip
sas.Est aũt dipsas ƀm Jsido.quoddam
genus serpentis qui latine dicit situla ꝑ
ꝯtrariũ.qꝛ cum talis serpens momorde
rit siti perire facit. Jn hoc ergo deserto
mundi est serpens adurens idest dyabo
lus mentes hominũ ad appetitũ ambi/
tionũ incendẽs.⁊ scorpio.i.carnalis de/
lectatio que prius blãdit.sed postea pũ
git. Et est ibi dipsas.i. auaritia q̃ semꝑ
sitim facit.❡ Secũdo mirant ꝙ ascẽde
bat cum affluẽtia delitiaꝝ ď deserto vbi
est penuria ꝯsolationũ.Sunt autem de
litie generales.spãles.⁊ singulares.Ge/
nerales delitie beatoꝝ sunt.de qbus di/
cit Augu.de ciuitate dei.Ciuitas supna
videt ⁊ amat.⁊ in eternitate dei viget in
veritate dei lucet in bõitate dei gaudet.
Et iste diuitie generales nobilius sunt i
virgine.Sap.iiij.O q̃ꝫ pulchra est casta
generatio cum claritate.imortalis enim
est memoria illius.Jn hoc ꝙ dicit casta
generatio.notat ꝙ iocundus gaudet ď
eo ꝙ.s.casta permansit ⁊ tamen genuit.
Jn hoc ꝙ dicit cum claritate notatur ꝙ
clarius lucet.Jn hoc ꝙ dicit imortalis.
est enim memoria illius.notat ꝙ nobili/
us viget ❡ Sunt autem delitie spãles q̃
spãliter virginibus debent.s. aureola i
capite.alba vestis in corpe.canticũ ieffa
bile in ore.⁊ familiaritas in associatõne.
qꝛ sicut habet Apoca.xiiij. Hi sequũtur
agnum quocũqз ierit.❡ He autem deli
tie spãles abundãtius sunt in virgine.
Apocali.xij.Mulier amicta sole ⁊ luna
sub pedibus eius.⁊ in capite eius coro/
na.xij.stellaꝝ in vtero hñs ⁊c̃. Alie autẽ
virgines habent coronã aureolã.h autẽ
coronam.xij. stellaꝝ ornatã. Alie decorã
tur veste alba. Hec vero est sole amicta.
Jlle sequunt agnũ pedibus suis.h autẽ
hз lunam.i.ecclĩam militantẽ ac trium/
phantẽ sub pedibus suis.Alie cantãt ꝓ
ꝯseruata virginitate. hec ꝓ virginitate
⁊ fecũditate.ideo dr̃ i vtero hñs.❡ Ter
tio sunt delitie singulares de qbus dicit
Bernar.sic.Quid in delitias dixerim v̄
ginitatis decus cum munere fecundita
tis.Humilitatis insigne distillantẽ cha/
ritatis fauũ misericordie viscera pleni/
tudinez grẽ ꝓrogatiuã glorie singularis
Propter tres primas virtutes dr̃ Cant.
i.Cum esset rex in accubitu suo nardus
mea dedit odorem suũ. Jste rex hз tripli
cem accubitũ.s.sinum patris.vterũ ma
tris.⁊ patibulũ crucis.Nardus est her/
ba parua ⁊ odorifera ⁊ calida.Per hoc
ꝙ est parua notat humilitas.Per h ꝙ ẽ
odorifera notat virginitas. Per hoc ꝙ
est calida notat charitas. Cum igit iste
rex es..t in sinu patris dedit odorẽ Ma
rie humilitas ⁊ ipm mox descendere fe/
cit.Cum esset in vtero matris odorem ď
dit sua virginitas que ipum in vtero pa
uit.Dum aũt eẽt i patibulo crucis odo
rem dedit sua charitas.ꝑ quam xp̃s ma/
terni amoris imemor esse nõ potuit. sed
ipam Joãni ꝯmendauit.⁊ propter alias
tres sequentes.dicit Cantic.iij. Que est
ista que ascendit de deserto sicut virgu/
la fumi ⁊c̃.Fuit enim virgula idest flexi
bilis ⁊ pietatez.⁊ ex aromatibus qꝛ fuit
plena odoribus omniũ grãrum ⁊ vni/
uersi pulueris pigmẽtarij.qꝛ omnes glo
rias quas alij sancti habent particula/
riter ipa hз vniuersalr.❡ Tertio mira/
bant ꝙ ipa innixa erat sup dilectũ suũ.
Jn hoc aũt ꝙ innixa dicit.quattuor pre
rogatiue notãt.s.eius magna securitas.
❡ Secura nãqз erat ꝙ cadere nõ pote/
rat que sup deuз innixa fuerat.❡ Secũ
da magna dignitas.Jnnixa eniз erat ei
cuius aspectu tremunt angelice potesta
tes.❡ Tertia magna familiaritas. Si/
gnum enim magne familiaritatis fuit i
Joãne.qꝛ in sinu xp̃i recubuit tãto dulci
us q̃to familiari⁹ tãto secreti⁹ q̃to subli
mius.❡ Quarta magna ptãs. Nã q ali
cui rei innitit virtutẽ eius sibi quodãmõ
assumit.⁊ ea sicut vult vtit. Sic mat dei
oĩpotentiã filij qñ vult assumit.Bernar.
Quõ misereri.ñ poterit mr̃ oĩpotentis.
❡ Sermo.ccxvi.❡ De eodẽ sermo.vi.

Quasi cedrus exaltata sũ
in libão.⁊ quasi cy
pressus in monte syon ⁊ qua
si palma exaltata sũ i cades

ꝛ quasi plãtatio rose in hierico.q̃si oliua
speciosa in campis.ꝛ quasi platanus ex
altata sum iuxta aquã in plateis.Eccle.
xxiiij.Ecce sex posuit differentias arbo-
rum q͛ in celesti patria sex sunt ordines
beatoꝝ.s.Uirgines.Cõfessores.Marti-
res.Et apl'i.Prophete. Et Patriarche.
Quos siquidẽ oẽs ꝛ singulos virgo ma
ria in sua assumptõe visitauit.ꝛ visitan-
do ꝑcurrit.ꝛ ꝑcurrendo trãscendit. Li-
bet tamẽ dyalogũ facere inter virginem
ascendentẽ ꝛ ipsos sanctoꝝ ordines eaꝫ
totis affectibus retinere cupientes. Oc-
currit q̃dem ab inferiori ordo virginum
dicens ei.Mane nobiscũ domina i eter
num.Tu es.n.domina nostra.abbatissa
nr̃a.ordinẽ nr̃m instituisti ordinasti ꝛ te
nuisti.Te decet stare velut magistrã cuꝫ
discipulis.dñam cũ ancillis. abbatissaꝫ
cũ famulis.Ipsa aũt beata virgo tria ꝑ-
uilegia hũit. Unũ in carne.s.virginita-
tem.Aliud in mente.s.puritatẽ. Tertiũ
i ꝯuersatõe.s.fame celebritatẽ.Sap.iiij.
O q̃ pulchra. Ecce puritas mentis. Ca-
sta generatõ.ecce castitas ṽginal'.Cũ cla
ritate.ecce celebritas ꝯuersatõis. Sacre
aũt ṽgines in his trib⁹ q̃tũ possibile fu
it se sibi assimilauerũt. Sicut aũt hr̃ Ec-
cle.xiij.Sil'itudo inducit dilectõꝫ.ꝯiun
ctõꝫ.ꝛ associatõem.Associatio aũt ẽ ami
coꝝ.ꝯiũctio.ꝓpinquoꝝ.dilectio filioꝝ.
Dicũt ergo ṽgines beate ṽgini Marie.
Nos inquãtũ nobis possibile fuit nos si
miles tibi fecim⁹ in carne in mẽte ꝛ i cõ
uersatõe.Et q͛ sil'itudo inducit dilectõꝫ
ꝯiũctõꝫ ꝛ associatõneꝫ.facte sum⁹ amice
tue.ꝓxime tue ꝛ filie tue.ꝛ iõ debes te as
sociare nobis vt amicis tuis.ꝯiũgere te
nobis vt ꝓximis tuis.ꝛ spãlẽ dilectiõeꝫ
exhibere vt filiab⁹ tuis.Rñdit ṽgo Ma
ria.Nõ vos filie desero sꝫ q̃si cedr⁹ exal-
tata suꝫ in libão. Sũt aũt multa genera
cedroꝝ.s.cedri q̃ nascunt̃ in libão.qua-
rũ odor fugat serpentes ꝛ interficit ver-
mes.Liban⁹ aũt cãdidatio intelligitur.
Alie sũt cedri maritime q̃ hũt poma hñ
tia triplicẽ subãm. Prima ẽ calida.me-
dia tempata.ꝛ vltima ẽ frigida.Et signi
ficat xp̃m in quo fuit diuinitas q̃ ẽ mul-
tũ calida.s.oium cordiũ inflãmatiua in
quo fuit aia tẽperata q͛ oẽs virtutes in
ipo medium tenuerunt.ꝛ in nullo vnq̃ ad
aliqð declinauit extremũ in quo erat ca
ro frigida.i.ab oi concupiscẽtia aliena.
Dicit ergo beata Maria virginibus sa-
cris.Nõ vos desero filie sed tãquã odor
cedri vobiscum maneo ꝑ quẽ odorem ꝛ
demones a vobis fugaui.ꝛ sepe malas
cogitatões in vobis extinxi.ꝛ vr̃as ani-
mas dealbaui Uobiscũ ẽt remanet odor
filij mei qui ꝑ odorẽ charitatis vos inflã-
mauit.Et ꝑ tempamentũ sue ṽtutis vos
castificauit ꝛ ꝑ mũditiã sue carnis vos
regenerauit ꝛ in munditia conseruauit.
¶ Sequit̃ ordo ꝯfessoꝝ qui ꝯfessi sunt d͂
um corde ore ꝛ opere.ꝛ virgo benedicta
p̃m ꝯfessa ẽ corde credẽdo.Lu.i. Beata
que credidisti ꝛc̃.Ore gl'iam dei p̃dicãdo
Ibidẽ.Quia fecit mihi magna.Ope dei
mãdata adimplẽdo Est ẽt virgo benedi
cta corã deo ꝯfessa suã humilitatẽ qñ di-
xit.Ecce ancilla dñi ꝛc̃.Corã angelo suaꝫ
castitatẽ qñ dixit.Qm̃ viꝝ nõ cognosco
corã toto mũdo suã maiestateꝫ qñ dixit.
Ecce.n.ex hoc btãꝫ ꝛc̃.¶ Dicũt igit̃ san-
cti ꝯfessores.Utinã placeret dñe cuꝫ tu-
is seruis habitare.q̃ deũ ore corde ꝛ ope
ꝯfessa fuisti.q̃ corã deo angelo ꝛ mundo
xp̃i gloriã p̃dicasti.¶ Respõdet illa ꝛ di
cit.Non vos filij charissimi desero sꝫ vo-
biscũ q̃si cipressus in mõte syon remãeo.
Cipressus tota est medicinalis.s.cortice.
folijs ꝛ fructibus. Et q̃cq̃d erat in virgi
ne totũ medicinale fuit.s.cortex.i.exteri
or conuersatio sua.folia sua.i.verba sua
suauia.ꝛ fructus.i.opera sua fructuosa
Fuitq̃ꝫ plantata in monte syon.i. in san
ctis ꝯfessoribus q̃ deũ ꝑ verã fidẽ specu-
lati sunt.Dicat ergo virgo beata. A vo-
bis filij ñ recedo.sꝫ tãq̃ odor cipressi vo-
biscum maneo.q͛ ex odore mee ꝯuersatõ
nis sepe recepistis ꝯsolatiõem.ꝛ ex odo-
re verboꝝ meoꝝ instructõem.ꝛ ex odore
fructus.i.filij mei salnatiõeꝫ.¶ Sequit̃
ordo martyrum. In q̃bus tria miranda
fuerunt.s.dolor intolerabilis. constãtia
laudabilis ꝛ charitas inextinguibilis.
Ista tria laudabilius fuerunt in virgi-
ne Maria.¶ Nam in filij passione in ea
fuit dolor intolerabilis. Luce.ij. Tuam
ipsius animam pertransibit gladius.
Quãdo enim corpus xp̃i lãcea ꝑtrãsiuit

anima xp̃i in xp̃o nõ erat. aia vero mr̃is
in ipſo erat. ⁊ iõ illa lácea eius aiaꝫ ptrá
ſiuit. Fuit ẽt in ipſa cõſtãtia laudabilis:
q: ceteris fugiẽtibus ipſa nõ fugit: cete/
ris pauẽtibus ipſa nõ pauit. ceteris fidẽ
pdẽtibus ipſa fidẽ ſeruauit. Fuit ẽt i ea
iextinguibilis charitas. tuꝫ q: habebat
ignẽ ppetuũ. i. dei filiũ q corpus ei⁹ iple
uerat: ⁊ mẽtẽ eius inflãmauerat: ⁊ ex ea
corpus humanũ ſũpſerat. tũ q: habebat
pabulũ ꝯtinuũ. i. bona opa que faciebat
tuꝫ q: hẽbat ſufflatoriũ aſſiduũ. i. ſpũm
ſcm̃ q ſemp amorẽ accẽdebat. ⁋ Dicát er
go ſcti martyres: Nobiſcuꝫ dña ſtare de
bes: q̃ martyr ⁊ pluſq̃ martyr fuiſti. quá
lancea tãti doloris pforauit: tãta ꝯſtãtia
armauit: tãta charitas iflãmauit. ⁋ Rñ
det illa. Nõ vos filij deſero. ſꝫ q̃ſi palma
exaltata in cades vobiſcũ maneo. Per
palmá náqꝫ victoĩa itelligit. Per cades
vero q̃ iterp̃tat ſcá. Martyres ſignificãt
q fuerũt ſancti. i. ſanguine tincti. In vir
gine aũt erat ⁊ victoria amoris ad amo/
reꝫ: ⁊ doloris ad dolorẽ. erat ſiqdẽ in ip
ſa amor filij imenſus. In xp̃o aũt erat ca
ro ⁊ aia ac deitas. Erat igit inter matrẽ
⁊ filiũ triplex ꝯiunctio. ſ. carnis ad car/
nẽ ſm nãm. aie ad aiaꝫ ſꝫ amicitiá. ſpũs
ad deitatẽ ſm grãm. Amabat qdeꝫ xp̃m
amore nature: vt mr̃ filiũ. Amore amici/
tie: vt amica dilectũ. Amore grẽ: vt crea/
tura ſuũ creatorẽ. Ecce q̃tus amor in ea
fuit. Sed videamus nũc q̃tũ dolorẽ ha
bebat. Diſſecabat náqꝫ caro virginis dũ
ſic videbat carnẽ xp̃i laniari. Et diſſeca/
bat eius aia videns xp̃i aiaꝫ tam graui/
ter ꝯtriſtari. Diſſecabat ⁊ ſpũs eius: duꝫ
videbat xp̃i deitatẽ: tã ignominioſe tra/
ctari ac enormiter vilipẽdi. Nihilomin⁹
erat in ea magnus amor filiorꝝ. i. iudeorꝝ
⁊ magnus imo exceſſiuus dolor de pdi/
tione ipſorꝝ. ⁋ Dicat ergo virgo beata.
Nõ vos deſero ſed in cades. i. inter vos
q eſtis xp̃i ſanguine tincti q̃ſi palma ma
neo. quia inter vos manet odor victorie
mee: ex eo q amor quo vos diligebaꝫ vi/
cit amorẽ filij. quo ipſius vitá corporalẽ
amabá. Dolor náqꝫ quẽ habebaꝫ de nr̃a
pditione: vicit dolorẽ queꝫ habui de filij
paſſione. ℭ Sequit ꝯſeq̃nter ordo apo/
ſtolorꝝ: q lꝫ tũc nõ eẽnt in gloria: tamẽ ſi

fuiſſent dicere potuiſſent. De ipſis etiaꝫ
q̃ttuor magnalia predicant. ſ. q ſunt ſal
terre: lux mũdi: lucerna accenſa: ciuitas
ſupra mõteꝫ poſita. Iſta autẽ de virgine
excellẽtius p̃dicant. Ipſa eniꝫ tanq̃ lu/
cerna ardẽs ad dei amorẽ multos inflá/
mauit: tãq̃ ſal tere a peccati putredine
p̃ſeruauit. ⁊ tãq̃ lux mũdi ad dei cogni/
tioneꝫ illuminauit. tanq̃ ciuitas ſupra
montẽ poſita oibus ſuá miſericordiá ex
hibuit. ⁋ Dicát ergo apl̃i: Tu q̃ es apo/
ſtolorꝝ apoſtola. in aplorꝝ collegio mora
ri debes: que tanq̃ lucerna ardẽs mun/
dũ frigidũ iflámaſti. tanq̃ ſal terre mũ/
duꝫ inſipidũ ꝯdiuiſti. tanq̃ lux mũdi te
nebroſuꝫ mũdũ illuminaſti. tãq̃ ciuitas
ſupra mõtẽ poſita viſcera tue miſericor/
die omnibus apuiſti. ℭ Reſpõdet illa ⁊
dicit. Nõ vos deſero ſed tanquá planta
tio roſe in hierico vobiſcũ pmaneo. Hie
rico interp̃tat luna. ⁊ ſignificat eccliam
ideſt apoſtolorꝝ ꝯgregatõnem q eccliam
plantauerũt. Quilibet apl̃s fuit vna ro
ſa p aliquá ſpálem grãm qua redoluit.
Ip̃a aũt fuit plantatio roſe in Hierico.
quia in ip̃a fuerunt omnes grẽ ſingula/
res. ℭ Dicat ergo. Quaſi plãtatio roſe
vobiſcũ maneo. Vos. n. eſtis roſe coram
deo redolẽtes. ego vero ſum plantatio
roſe que inter vos p grãs quas habetis
familiariter maneo Ná maneo cum Pe
tro p deitatis ⁊ humanitatis cognitõeꝫ
cum Paulo p altá ꝯtemplatõnem. cum
Andrea p p̃cordialẽ ad crucẽ deuotõem
cũ Jacobo p vitiorꝝ ſupplantatõem. cuꝫ
Joáne p v̾ginitatis ꝯſeruatõeꝫ. cũ Tho
ma p fortiũ operꝝ aggreſſionẽ qñ. ſ. dixit
Joan. xi. Eamus ⁊ nos moriamur cũ eo
cũ Jacobo Alphei p meá in vtero ſan/
ctificatõem. cum Philippo p ſpálem cũ
filio meo familiaritatẽ. cum Bartholo/
meo p feruentẽ oratõem. Unde dixerũt
demones ei. Incendũt nos oratões tue.
cum Mattheo p terrenorꝝ deſpectiõem.
cum Simone p mandatorꝝ dei pmptaꝫ
executõem. ⁊ cũ Thadeo p mẽtis mũdi/
tiam ⁊ purificatõem. Ná in hiſtoria ec/
cleſiaſtica vocat corculus. i. cordis cul/
tor. ℭ Sequit ordo pphetarꝝ q qdẽ mõ
pphetabát õ p̃teritis. modo de futuris.
⁊ modo de p̃ñtibus occultis. Uirgo aũt

gloriosa Maria pphabat de pterito qñ dixit. Suscepit israel puer suum ec. Et de futuro cũ dixit Ecce enim ex hoc beatam. Et de pñti occulto. qñ Joãnẽ i vtero sue matris esse cognouit. ¶ Dicãt ergo pphete. Recte debes domina in prophetar numero copulari que pphetie spũm ad pterita & futura & occulta pñtia suscepisti. ¶ Respondet illa & dicit. Nõ vos desero sed quasi platan⁹ vobiscum maneo. Est aũt platanus arbor habens folia lata plãtata in plateis vt ibi vmbram faciat. Et significat eius verba que fuerunt refrigeratiua & p totũ mundum lata & diffusa. Quattuor enim vicibus virgo gloriosa locuta fuisse legit. s. cum Angelo. cum Helisabet. & cum filio in templo. & cũ filio in nuptijs. Ipa eim loquente cum angelo deus factus est hõ verus. Ipsa loquẽte cũ helisabeth. repletus est spũ sancto in vtero Joãnes Ipsa loquẽte cum filio in templo. deus fact⁹ est hominibus subditus. Ipa loquẽte cũ eo in nuptijs manifestauit suã gloriam xps iesus. ¶ Dicat ergo virgo gloriosa. Nõ recedo a vobis sz odor verbor meorum manet in vobis. quor virtute & deus suscepit humanã nãm & puer in vtero suscepit grãm & deus homibus exhibuit obedientiã & suam mãifestauit gloriam. ¶ Sequit ordo pñarchar qui allegant dicentes. Tu es filia nostra. tu es caro & os nostr. tu fuisti bacculus senectutis & debilitatis nñe. ergo tanq̃ filia debes pñes tuos tua pñtia honorare. tã quã caro nña debes tua pñtia cõfouere. tãquã virga nña debes tua pñtia nobis ꝯsolationẽ ipẽdere attestãte ppha qui sic inquit. Uirga tua & bacculus tu⁹ ec. ¶ Respõdet illa & dicit. Nõ vos desero sz quasi oliua speciosa in cãpis vobiscũ maneo. Sãcti nãqz pñes opib⁹ misericordie intẽti fuerũt. virgo aũt maria hñit misericordiã quasi naturalẽ: iõ dñ: quasi oliua. Solus enim deus ẽ ipsa oliua: et ipsa misericordia. Ceteri sancti habent oleũ. i. cõpassiõis affectũ. Uirgo ãt gloriosa ẽ quasi oliua: qz misereri ẽ sibi quasi versuz in naturã. Habet etiaz quasi totalem misericordiã. ideo dñ: quasi oliua speciosa. Illa eim oliua est speciosa que ẽ pulchra in ramis. in folijs: & in fructu sic & ipsa habz misericordiaz. & in corde exhibendo cõpassiõis affectũ. & in ore p nobis aduocando apud deũ. & in opere cõferẽdo miseratiõis auxiliũ. Habz etiã misericordiam vniuersalẽ. Sunt quidã sancti qui habẽt misericordiã specialẽ qz subueniũt quibusdã: & quibusdã nõ. Sũt quidã sancti qui hñt misericordiã pticularẽ: qz in qbusdaz infirmitatibus hñt virtutẽ curandi. Sũt qui hñt misericordiã localẽ: qz in maiora beneficia p̃stant in locis sepulture. Sunt qui habẽt misericordiã tpalẽ: qz in aliquibus tpib⁹ magis subueniũt. Misericordia autem virginis ẽ sicut oliua in cãpis: quia ei⁹ misericordia ẽ omnibus personis. infirmitatibus. & omnibus locis & oibus tẽporibus. ¶ Dicat ergo: Non vos desero sed vobiscũ maneo p misericordiã quã habeo sic naturalẽ: sic totalem: & sic vniuersalem.

¶ Sermo. ccxvij. ¶ De eodem. Sermo septimus.

SIcut cinamomũ & balsamũ aromatizans odorẽ dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. Et quasi storax & galbanus & virgula & gutta. & quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meã. & quasi balsamũ non mixtum odor meus. Eccl. xxiiij. Ecce nouẽ posuit species aromatũ: qz videlz nouẽ sunt ordines angelor quos virgo maria in sua assumptiõe visitauit. visitando pcurrit. pcurrẽdo transcẽdit. Libet aũt alium dialogũ facere inter ipam virginez ascẽdentẽ. & ipsos ordines angelor eaz retinere totis affectib⁹ cupiẽtes. ¶ Primo igit visitat ordines inferioris hierarchie. s. angelos. archangelos. & virtutes. ¶ Angelorum eim officiũ ẽ nunciare & ministrare ac custodire. Sic ipa grãm humano generi deperditã nũciauit & inuenit sicut dictum est. Inuenisti grãm apud deũ. In ecclesia ministra dei ordinata fuit. Eccl. xxiiij. In habitatiõe sancta corã ipo ministraui. Alias nostras semp custodit. Hec eim ẽ illa gallina de qua dñ Mat. xxiij. Que pullos suos cu

stodit snb alis sue pietatis ab isidijs de/
monũ. ⁋ Dicãt igit angeli virgini beate
Intra nr̃m numerꝝ o dñã debes habere
cõsortiũ que simile nobis sortita es offi/
ciũ duz ꝛ mũdo letitiã annũcias: dũ di/
uinas grãs administras: dũ aĩas oium
custodire nõ cessas. ⁋ Rñdet illa ꝛ dicit
Nõ vos desero: sed sicut cinamomũ iter
vos maneo. Ipsa species est sicca calida
ꝛ aromatica. Sic ꝛ ipsa fuit sicca in car
ne per tẽperantiã ꝛ parcitatẽ. calida in
aĩa per feruorẽ ꝛ charitatẽ. aromatizãs
in vtroqꝫ p mũditiã ꝛ puritatẽ. ⁋ Dicat
ergo nõ vos desero: sed vobiscũ manet
odor tẽperantie mee. Et vobiscũ manet
odor charitatis mee ꝛ aroma pietatis
mee. ❡ Sequit ordo archãgeloꝝ quorũ
officiũ est secreta dei ꝯsilia scire ꝛ maxi/
me mysteriũ de incarnatõe verbi cogno
scere. Istud nãqꝫ mysteriũ supiores an/
geli cognouerũt a deo imediate p infu
saz inspiratõez. Medij ab ipsis supiori
bus p traditã illuminatõez. Inferiores
angeli a medijs cognouerũt p predica/
tõez. Sicut dicit Hiero. Uirgo autez co
gnouit p experientiã ꝛ inuisceratione.
⁋ Dicãt ergo archãgeli: In nr̃o debes
agmine numerari vt te hẽamus sociam
quã scim⁹ dei secretũ fuisse exptã. Nostri
eniz supiores a deo cognouerũt p inspi
ratione. Nr̃i medij a supioribus p illu/
minatõez. Nr̃i iferiores ab ipsis medijs
per p̃dicatione. Reuera tu virgo beata
cognouisti p beatã experiẽtiã ꝛ iuiscera
tione. ⁋ Rñdet illa ꝛ dicit: Nõ vos dese
ro: sed sicut balsamũ aromatizãs inter
vos maneo. Sicut eiz dicit glo. ibi. Oĩa
q̃ in balsamo sunt virtuosa sũt. s. lignũ:
cortex: semẽ ꝛ liquor. Siľr oĩa que i vir/
gine fuerũt. Per lignũ nãqꝫ itelligit ip
sius beate marie corpus virgineũ. Per
corticẽ eius exterior cõuersatio. Per se/
men eius aĩa q̃ fuerat in taz puro corpe
semiata. Per liquorẽ siue balsamũ eius
filius bñdict⁹ intelligit. ⁋ Dicat ergo a
vobis non recedo: sꝫ sicut odor balsami
vobiscũ maneo: q quidẽ odor causat ex
carne mea virginea: ex ꝯuersatiõe clara
ꝛ ex aĩa sancta ꝛ ex ꝓle beata. ❡ Seqt
ordo virtutuz: quoꝝ est miracula opari.
Scd̃m aũt Aug. boni angeli miracula
faciũt: nõ aliqd de nouo creãdo: sꝫ deo
ministeriũ exhibendo. Boni aũt xp̃iani
miracula faciũt per publicaz iustitiam.
Mali aũt per signa publice iustitie. Et
põt vocari publica iustitia aut fides ve
ra: Mat. xvij. Si habueritis fidem sicut
granum sinapis ꝛc̃. Aut oratio deuota.
Jac. v. Helyas homo erat ꝛc̃. Aut vita
perfecta. p̃s. Uoluntatẽ timentiũ se fa/
ciet. Istã aũt publicã iustitiã mali nõ ha
bent. sed qñqꝫ habere vidẽtur. Proprie
autẽ solus deus miracula facere põt: qr
ipse solus oipotentiã hꝫ. Precipue tum
in virginis vtero operatus est miraculũ
miraculorũ. Primo nãqꝫ fuit subitum.
Grego. Angelo nũciãte ꝛ sancto spũ ad/
ueniẽte mox verbũ in vtero mox itrauit
vteꝝ verbũ caro. Fuit insolituz. iõ dicit
nouũ. Hiere. xxxi. Nouũ faciet dñs sup
terrã ꝛc̃. Fuit supra spem expectantium
Fuit supra facultatẽ nature ꝛ vsus ratio
nis ꝛ mentis. Hiero. Quod natura non
habuit vsus nesciuit. ignorauit rõ. mẽs
nõ capit humana. hoc totũ p gabrielem
marie diuinitus nũciat. Ipsa ẽt Beata
virgo multa miracula est opata quia ha
bebat fidem verã. Luce. i. Beata q̃ credi
disti. Oratõem deuotã. Act. i. Hi oẽs erãt
pseuerãtes in oratõe cũ Maria mr̃e iesu
Uitã pfectã. qr hũit vitã actiuã ꝛ ꝯtẽpla
tiuã. Dicãt igit ṽtutes. Nr̃am tua debes
pñtia illustrare societatẽ q̃ tãtã accepisti
in faciẽdis miraculis ptãtẽ. mõ p fidem
verã. mõ p orõnẽ deuotã. mõ p vitã san/
ctã. Sꝫ in tuo vtero deus opat⁹ est mira
culũ miraculoꝝ. ad cuius ꝯparatõz nr̃a
miracula videnť fore nulla ❡ Respõdit
illa ꝛ dicit. Nõ vos desero. sed sicut mir/
rha electa inter vos maneo. Est aũt mir
rha prima electa atqꝫ ꝓbatissima. Mir/
rha prima pnĩa ẽ innocẽtiũ Can. v. Ma
nus mee distillauerũt mirrhaz primam.
Mirrha electa ẽ pnĩa claustraliũ qui di
cunt illud in p̃s. Elegi abiectus eẽ in do
mo dei mei. Mirrha aũt ꝓbatissima est
pnĩa pfectoꝝ que ꝓ solo desiderio pĩe
se affligũt. Beata aũt virgo fuit innocẽ
tissima. fuit de mũdo in mr̃em dei electa
ꝛ fuit celestiũ desiderioꝝ anxia. ❡ Dicat
ergo. Nõ vos desero. sed vobiscũ maneo
ꝛ odore mirrhe prime qui ꝯsurgit ex vir

tute mee innocẽtie.ꝛ ex odore mirrhe ele
cte qui ꝯsurgit ex mĩna electõe.ꝛ ex odo
re mirrhe ꝓbatissime qui ꝯsurgit ex de/
siderio celestis patrie.¶ Transactis or
dinibus inferioris hierarchie ꝑuenit ad
ordines medie q sunt. Ptãtes Pricipa/
tus Et dñatões.¶ Officiũ aũt ptãtũ est
arcere demones ne tm̃ noceãt q̃tũ velit
Istud officiũ beata virgo hũit. De q̃ dr̃
Gene.iij. Ipsa ꝯteret caput tuũ. Per ca/
put põt intelligi suggestio demonis vel
ptãs vel astutia. Ipa aũt oẽs suggestio/
nes expulit.ꝛ ptãtem abstulit.ꝛ astutiaꝫ
ꝓpulsauit.¶ Dicãt ergo ptãtes. Nobis/
cum o dña esse debes.nobis.n .ꝯmissum
est vt demones refrenamus. Tu aũt nõ
tm̃ refrenasti sꝫ suggestionẽ ꝯtriuisti.po
testatẽ abstulisti.astutiã ꝓpulsasti.¶ Re
spondet illa ꝛ dicit. Nõ vos desero sꝫ tã
quam storax vobiscum maneo. Est auteꝫ
storax ſm glosam arbor arabica.cuius v̉
gule lachrimas fluunt ex qbꝰ pigmẽtuꝫ
ꝯficit̃ p̃ciosũ. Et q̃ ẽ ista storax lachrimas
fluẽs nisi v̉go Maria sepe lachrimas ꝛ
suspiria emittens. Hec.n.ẽ illa axa de q̈
legit̃ Josue.xv. Que sedens asino.i.p̃si/
dens corpori suo suspirauit ꝛ ab ipso pa
tre quattuor impetrauit.s.terrã arenteꝫ
australem.irriguũ supius ꝛ infertꝰ. Vir
go eniꝫ beata p sua suspiria ꝛ desideria
impetrauit terram arentẽ idest ip̃am car
nem ab omni humore ꝯcupiscentie exic
catam. Et australem idest animaꝫ flatu
sancti spiritus inflãmatam. Et irriguũ
supius.i.iesu xp̃i diuinitatẽ. Et iferiꝰ.i.
eius hũanitatẽ.¶ Dicat ergo:nõ vos de
sero.sed tãquã storax vobiscũ maneo:qꝛ
vobiscũ manet odor lachrymaꝝ.ꝑ quas
ĩpetrare merui carnẽ mortificatã: aĩam
ĩflãmatã ꝛ diuinitatẽ sup̃mã:ꝛ hũanita
tem verã.¶ Sequit̃ ordo pricipatuum
quoꝝ officiũ ẽ regnis ꝛ ꝓuincijs p̃sidẽ.
hostes cõprimẽ.bonos custodire.demo
nes arcere:ꝛ in tribulatiõibus ꝓtegere.
Istud quintuplex officiũ habuit virgo
maria.Eccl'.xliiij. In oĩ gente ꝛ ĩ oĩ po/
pulo principatuꝫ habui.ecce qꝛ sup oẽs
principatũ gerit.oĩum excellẽtiũ ꝛ sub/
limiũ colla calcaui.ecce qꝛ hostes com/
primit:gyꝝ celi circuiui sola.ecce qꝛ bo
nos custodit.ꝛ ꝓfundũ abyssi penetra/
ui.ecce qꝛ demones ip̃a expellit. Et ĩ flu
ctibus maris ambulaui.ecce qꝛ in tribu
lationibus ꝓtegit.¶ Dicant ergo prin/
cipatus. In nr̃o stare debes ordine que
sic in oĩ gẽte principatũ geris.sic hostes
cõprimis.sic ꝛ bonos custodis.sic demo
nes cõteris.sic in tribulatõe ꝓtegis. Re
spondet illa ꝛ dicit: Nõ vos desero: sed
sicut galbanus in vobis maneo. Scdm̃
aũt Isid. Galbanus ẽ succus herbe que
ferula dr̃:que quidẽ vulnera sanat: ser/
pẽtes fugat:frigidas passiões curat. Di
cat iccirco virgo maria. Nõ vos desero:
sed vobiscũ remanet odor pietatis mee
qua pctoꝝ vulnera sepe sanaui.virtꝰ po
testatis mee qua demonũ tẽtatiões sepiꝰ
refrenaui.ꝛ ardor charitatis mee vobis
cũ manet:q̈ charitate mediante tepidos
ad amorẽ celestiũ inflãmaui.¶ Sequit̃
ordo dñationũ quoꝝ ẽ officiũ subditos
sibi angelos purgare:illuminare:ꝛ per
ficere. Istud triplex officiũ maria habꝫ
que a culpa purgat affectiuã.ab ignorã
ria illuminat itellectiuã.ꝛ ab infirmita/
te ꝑficit opatiuã.¶ Dicãt igit̃ dñatiões
Presentiã tuã dña nobis nõ subtrahas
que plenius q̃ꝫ nos purgatões illumia/
tiones ꝛ pfectiões oĩbus administras.
¶ Rñdet illa ꝛ dicit: Nõ vos desero.sed
quasi vngula inter vos maneo.ẽ autem
vngula sꝫ glo.ostrea ꝑua suaue redolẽs
hñs formã vnguis hũane. Vngula autẽ
ẽ lucida adeo vt tãquã in speculo ple/
riqꝫ imagies in ea ꝯtẽplent̃.ꝛ significat
virginẽ que dei speculũ facta fuit. Spe/
culũ nãqꝫ ex vitro ꝛ ex plumbo est. Per
vitrũ eiꝰ lucida virgitas. Per plũbũ eiꝰ
ductrix hũilitas designat̃. Nec sola v̉gi
nitas:nec sola hũilitas eã fecissꝫ specu/
lũ dei.ꝯiũcta ẽ igit̃ v̉gitas ip̃i hũilitati.
ꝛ sic facta ẽ speculum dei, ĩ quo refulsit
xp̃s q ẽ imago dei pr̃is. Vngula ẽt car/
ni ĩsepabilr̃ ẽ ꝯiũcta.sic ꝛ virgo maria ꝑ
amorẽ xp̃o insepabilr̃ ẽ cõiuncta ꝛ vnita
Vngula ẽt lꝫ sit insensibilis:tñ in sepa/
tõe a carne dolor itolerabilis fit. Sic et
maria lꝫ insensibilis mũdo fuerit:into/
lerabilẽ tñ dolorẽ hũit qñ sepabat̃ a fi/
lio. Dicat ergo maria: nõ vos d̃sero:sed
vobiscũ sic̃ vngula mãeo:ꝛ sic̃ speculuꝫ
d̃i:sic̃ amica d̃i:sicut mr̃ d̃i.¶ Trãsactis

ordinibus īferioris ⁊ medie hierarchie
pueni ad ordines supreme hierarchie:
qui sunt throni: cherubin ⁊ seraphin.
¶ Thronoꝝ aūt offm̄ est ꝙ sup eos de⁹
quiescit ⁊ sedet ⁊ iudicia exercet. Uirgo
aūt maria est thronus misericordie: grē
⁊ glie. Est.n.thron⁹ misicordie pctōrib⁹:
grē iustis ⁊ glie beatis. ps. Thron⁹ eius
sicut sol in ꝯspectu meo ⁊c. Ipsa eiꝫ ē si
cut sol btīs qbus est in magnā gloriā si/
cut luna iustis. inꝙtū est mediatrix īpe
trādo eis celestē graꝫ. ⁊ testis i celo fide/
lis peccatorib⁹ aduocādo ꝓ eis ⁊ impe
trādo misericordiā. ¶ Dicāt igit throni
ad eā. Nobiscū esse debes in cuius vtero
deus nouē mēsibus regeuit. in qua tāꝙ
in throno deus nō exercet iudicia puni
entis: sꝫ potius misicordie iustificantis
grē ꝯseruātis ⁊ glorie coronātis. ¶ Rū/
det illa ⁊ dicit: Nō vos desero: sed tanꝙ
gutta īter vos maneo. Gutta ꝑm glo. la/
chrymas stillat que oēs duritias sanat.
Olim nāqꝫ erāt tria dura. s. deus q nul/
luꝫ ad misericordiā suscipiebat. Mors
que oēs ad inferos rapiebat. Et dyabo
lus q hostilr̄ seuiebat. Sꝫ virgo sic deuꝫ
emolliuit: vt oēs ad misericordiā susci/
peret. sic mortē ꝯtriuit vt iaꝫ scōs nō ra
piat. sic dyabolū supauit: vt iaꝫ nullā ni
si volentē decipiat. ¶ Dicat ergo virgo
btā. Nō vos desero: sꝫ sicut gutta vobi/
scū maneo: qꝛ vobiscū remanet odor me
us cū quo deū emolliui: mortē cōtriui ⁊
dyabolū supaui. ¶ Sequit ordo. s. che/
rubin q iterpretat plenitudo scie. Scia
aūt virgis excellit oēm sciaꝫ angelicā ⁊
humanā. ¶ Dicāt igit cherubin. Nobi/
scū esse debes q̄ ēt in via tantā cognitōꝫ
habuisti. ⁊ sciaꝫ modo audiēdo p inspi
ratione. modo videndo p ꝯtēplationē.
modo tāgendo p opatione. modo gustā
do p affectionē. modo orādo p deuotio
nē: Nūc aūt pre ceteris cognitōeꝫ hēs vi
dendo p apertā visionē. ¶ Rūdet illa ⁊
dicit: Nō vos desero: sꝫ sicut libanus nō
incisus vobiscū maneo. libanus cādida
tio īterpretat. In virgīe aūt tria fuerūt
cādida ⁊ nūꝙ incisa. i. Thessal. v. Inte/
ger spūs vester ⁊ aīa ⁊ corpus sine q̄rela
seruet. Ipsius aūt spūs īdiuisus fuit: qꝛ
nunꝙ a deo separi potuit. Eius aīa īdi/
uisa: qꝛ nūꝙ a dn̄io rōnis recessit. Eius
nāqꝫ corpus fuit īdiuisuꝫ: qꝛ semp inte/
grū pmāsit. ¶ Dicat igit: Nō vos desero
sꝫ sicut libanus nō īcisus vobiscū pma/
neo. qꝛ multū vos d̄lectari doꝫ odor spūs
mei: qꝛ a deo nūꝙ sepatus fuit odor aīe
mee: qui nunꝙ a dn̄io rōnis recessit: ⁊
odor corpis mei q semp illibat⁹ pmāsit.
¶ Sequit ordo seraphin q iterpretant
ardētes. Sicut nāqꝫ dicit Bern̄. Uolun
tas qn̄ veritati p graꝫ associat ⁊ sursum
tēdit: amor est. Cū pmouet ⁊ ab ipsa grā
⁊ lactat dilectio est. Cū vero apphendit
tenet ⁊ fruit: charitas est. Qn̄ igit grā
dei cor virginis sursum eleuabat: gene
rabat in ipsa amorē: qn̄ pmouebat. dile
ctionē: qn̄ cū dilecto eā totalr̄ vniebat:
faciebat in eius aīo charitatē. ¶ Dicant
ergo illi de ordine seraphin. Nobiscum
dn̄a remanere debes q̄ plena fuisti tāto
amore: tanta dilectōe ⁊ tanta charitate.
¶ Rūdet illa ⁊ dicit: Nō vos desero: sed
tāꝙ balsamū nō mixtū vobiscū maneo.
Sicut nāqꝫ dicit Isid. ⁊ habet in glosa.
Balsamū nō mixtuꝫ p tria cognoscit. s.
qn̄ lac coagulat: qn̄ in aqua nō supena/
tat ⁊ qn̄ laneā vestē nō maculat. Tūc igi
tur verus amor dei eē cognoscit: qn̄ cor
cū deo totalr̄ vnit. p superbiā nō eleuat
⁊ nulla macla peccati polluit. Isto mō
fuit in virgine q̄ oēs suas voluntates in
deo veniebat: sup alios se nō eleuabat:
⁊ nullā peccati maculā hēbat. ¶ Dicat
ergo: A vobis nō recedo: sed quasi balsa
mū nō mixtū. i. per amorē puꝝ vobiscuꝫ
maneo. quē qdeꝫ puꝝ sepe in me proba
stis: ⁊ per cordis cū deo vnitatē: ⁊ per ꝓ
fundaꝫ humilitatē: ⁊ per peccati omni/
modā imunitatem.

¶ Sermo. ccxviij. ¶ De eodē ꝑmo. viij.

In habitatōe san
cta coram ipso ministraui. Ec
cle. xxiiij. ¶ In verbis p̄missis
primo cōmendat habitatio cum dī:
In habitatiōe sancta. ¶ Secūdo ipsius
habitatricis officij executio cum dī: Co/
ram ipso ministraui. ¶ Sācta nāqꝫ ha/
bitatio dī celestis patria: iuxta q̄druplī
ceꝫ acceptionē huius nois qd̄ est sanctū
¶ Est.n. sancta. i. mūda. ⁊ ꝙtū ad ipsaꝫ

habitato͛ez.Apoc.xxi. Ipsa ciuitas au-
rum mūdū.ꝛ q̃tū ad ipm habitato͛ē:vt
ibidez.Nō intrabit in illā aliqd coinq-
natū.Hec aūt habitatio terrena est imū
da.Et q̃tū ad habitato͛ez.Hiere.iij. Po
suisti terrā i fornicatōibus tuis. Et q̃tū
ad hītato͛ē.Eiusdem.ij.Quō dicis.Nō
suz polluta ꝛc̃.¶ Scđo sancta est idē ꝙ
firma.Et q̃tū ad habitationē.ps̃.Fun-
damēta eius in mōtib⁹ sanctis.Et q̃tū
ad habitato͛ē.Apoc.iij.Qui vicerit fa-
ciā illū colūnā in tēplo dei mei.Hec aūt
habitatio terrena nō est firma q̃tū ad se
i.Joā.ij.Mūdus trāsit ꝛ ꝯcupiscentia
eius.nec q̃tuz ad habitato͛ē.Job.xiiij.
Hō natus de muliere ꝛc̃.¶ Tertio dicit
sancta.i.sacro vsui deputata.Et quātū
ad se:q͛ deputata est ad ꝑducēdū rosas
martyꝝ.libanū.i.thus odorifeꝝ ꝯfessoꝝ
ꝛ lilium virginū.Ecc̃.xxxix.Quasi rose
plātate sup riuos aquaꝝ fructificātes:ꝛ
quasi liban⁹ odo͛ē suauitatis hñtes ꝛc̃.
Et q̃tū ad habitato͛ē q deputatus ē ibi
ad laudandū deū.ps̃.Beati qui habitāt
in domo tua dñe:in secula scl'oꝝ lauda-
būt te.Hec aūt habitatio terrena est ma-
lo vsui deputata:s.ad ꝑducēdū spinas:
tribulos ꝛ vrticas.i.hoīes supbos:aua
ros ꝛ luxuriosos.Et q̃tū ad habitato͛ē
q deputauit se ad mētiendū ꝛ ad furan-
dū ꝛ huiusmodi.Osee.iiij.Maledictū:ꝛ
mēdaciū:ꝛ homicidiū:ꝛ furtū:ꝛ adulte
riū inundauerūt.¶ Quarto ē sancta.i.
sanguīe tincta.Et q̃tū ad se:q͛ ei⁹ ianua
fuit sanguīe xp̃i reserata.Hoc significa-
tuz est Exo.xij.Ubi p̃cepit dñs ꝙ de san
guine agni linirēt postes.Et q̃tū ad ha
bitatores q xp̃i sanguine sūt redempti.
Apoc.i.Lauit nos a pctis nr̃is i sangui
ne suo.Hec aūt habitatio terrena tincta
ē sanguine malo.Et q̃tū ad se.s.sangui
ne homicidij.ps̃.Interfecta ē terra i san
guinib⁹.Et q̃tū ad habitato͛ē.s.sangui
ne pcti.Ysa.lix.Man⁹ vr̃e pollute sunt
sanguine.¶ Scđo ꝯmēdat in habitatri
ce sui officij executio cū dr̃:Corā ipso mi
nistraui.Deus.n.suā ministrā ꝛ officia-
lē eā fecit:ꝛ multiplex ministeriū ꝛ offm̃
sibi ꝯmisit.¶ Primū est q͛ ē elemosyna-
ria celi.ꝛ ista elemosynaria nō est tenax
nec auara.Prouer.vlt.Manū suā ape-

ruit inopi.ꝛ palmas suas extēdit ad pau
peres:cuius liberalitas in trib⁹ determi
nat.Et q͛ brachiū versus pctō͛es exten-
sum tenet.ꝛ q͛ man⁹ aptas hz.Et q͛ ma
nus plenas elemosynis possidet.Per
brachiū extēsuz potētia.Per manū aptā
scia.p manū plenā liberalitas designat
Tenet igit brachiū extēsuz:q͛ pōt oibus
misereri.Tenet manū aptaz:q͛ scit opti
mo tpe misereri.Tenet ēt manū plenaz:
q͛ vult oibus oi tpe misereri.Sz de libe
ralitate isti⁹ elemosynarie dr̃ ibidez.De
nocte surrexit:dedit predaz domesticis
suis ꝛ cibaria ancillis suis.Et ifra.Oēs
domestici eius vestiti sunt duplicib⁹.Hz
virgo ancillas.i.aīas dei p̃cepta seruan
tes.Istis cibaria ipendit:q͛ cibo diuine
grē eas pascit.Hz ēt domesticos.i.viros
pfectos.Et istos vestit duplicibus:q͛ ꝛ
aīaz vestit virtute:ꝛ corpus vestit cādo-
re inocētie.Hz filios ꝛ secretarios:q scz
virginitate sūt p̃diti ꝛ sibi itima deuotiōe
ꝯiuncti.Et istis dat p̃dā.i.grāꝝ ꝛ virtu
tū abūdantiā copiosaz.¶ Scđz ministe-
riū est:q͛ facta ē cellaria spūs sancti.Uñ
ipsa dicit Cant.ij.Introduxit me rex in
cellā vinariā.De ista cella ꝓpinat vinuz
sanctis q sūt in via ad aliqualē satietatē
ꝛ illis q sūt in patria ad plenā ebrietatē.
Cant.v.Bibite amici ꝛ inebriamini cha
rissimi.Jō assimilat crateri nūꝙ̃ deficiē
ti.Cant.vi.Umbilic⁹ tuus sicut crater
tornatilis nunꝙ̃ indigēs poculis.Ipsa
eiz est crater inq̃tū semp ifundit.Et est
tornatilis inq̃tū circūcirca semp vadit.
Et est nunꝙ̃ idigēs poculis inq̃tū nūꝙ̃
euacuat sed semp plena existit.Illo aūt
cibo nos pascit:ꝛ potu reficit quo seip-
saz fouet ꝛ sustētat.Ut ibidē.Comedi fa
uuz cū melle meo.bibi vinū meū cum la
cte meo.Ipsa fauū cuz melle comedit.s.
qñ xp̃m in quo est cera humanitatis.ꝛ
mel diuinitatis i suo vtero portauit.Ip
sa vinum cuz lacte bibit:qñ spūs scūs ꝛ
eius aīaz ipleuit vino celestis grē.ꝛ car
nē pfudit lacte virginalis mūditie:Eodē
mō pascit nos fauo:qñ ꝛ nos facit dele-
ctari circa xp̃i humanitatē.ꝛ pascit mel
le qñ nos facit delectari circa xp̃i diuini
tatem.Et silr̃ nos potat vino ꝛ lacte qñ
dat nobis spūalez letitiā in mēte ꝛ mun

ditiā in carne. ¶ Tertium ministeriū est q: facta est thesauraria dei. Hz q dez de⁹ thesaurꝝ potentie: sapie ⁊ misericordie. Ipsa nāqȝ hz thesaurꝝ potentie: p quem thesaurꝝ ipsa deum potēter ad se traxit. Cant. i. Cuȝ esset rex in accubitu suo ⁊c̄. quo potenter dyaboluȝ ꝯtriuit. Geū. iij. Ipsa ꝯteret caput tuuȝ: quo nos potenter in celestē gl̄iaȝ itroduxit. Ecc̄. xxiiij. In hierl'em ptās mea. Hz thesaurꝝ sapiētie p quē nobis diuinā cognitōeȝ īfūdit Ecc̄. xxiiij. Ego mater pulchre dilectōis ⁊ agnitiōis. Et in mari pn̄tis seculi nos sapiēter dirigit. Jō vocat stella maris. ⁊ actus nr̄os sapiēter disponit. Prouer. xiiij. Sapiēs mulier domuȝ suā edificat ⁊c̄. Hz thesaurꝝ misericordie queȝ largit dispēsat. Ecc. xxiiij. In plenitudine sanctorꝝ detētio mea. Dispēsat cōiter vt ibidez d̄r: Trāsite ad me oēs q ꝯcupiscitis me ⁊c̄. Dispēsat facil'r q: n̄ pmittit se diutius rogari. Ecc̄. iiij. Cor iopis ne afflixeris: ⁊ ne ꝓtrahas datuȝ āgustiāti. Dispēsat sapienter: q: qn̄ ē maior necessitas: iō vocat luna: q: lucet in nocte aduersitatis. lucet qn̄ sol alicui abscondit se merito sue prauitatis. lucet vicina tre. i. pctōribus ⁊ hūiliatis. ¶ Quartū ministerium ē: q: est ostiaria padisi. Ipsa nāqȝ ē ostiū p qd ad padisuȝ itram⁹ qd p euā clausū est: sȝ p eā aptū. Ipa. n. est q nos suis meritis in atriuȝ pncipis itroducit. Vn̄ d̄r Joan. xviij: Ancilla hostiaria virgo maria q se ancillā noiauit: petruȝ in atriuȝ pncipis itroduxit. Ipa nāqȝ virgo Maria est fenestra p quā deus oculo misericordie nos respicit. Vn̄ de ea cātat ecclesia. Intrent vt astra flebiles celi fenestra facta es. Ipsa enim est fenestraria q nobis viscera sue mi'icordie apit. vn̄ sepe est rogāda. Aperi mihi soror mea: amica mea ⁊c̄. ¶ Quintū misteriuȝ ē: q: aduocata gn̄is humani. Bonus aduocat⁹ dȝ hr̄e diligētiā. ⁊ corā rege aliquā potētiā. ⁊ corā familia regis magnā grāȝ ⁊ i ppōnēdis allegatōibus magnā sapiāȝ. Ista q̄ttuor sūt in maria: q ēt de ea tangit propheta dicens: Astitit a dextris tuis. ecce quāte diligentie. Regina: ecce quāte potētie. In vestitu deaurato: ecce ergo q̄te sapientie. p aurū. n. sapientia designat.

circūdata varietate. i. sanctorꝝ multiplicitate: ecce quāte in cōspectu familie regis beniuolētie ⁊ reuerētie. ibi. n. ē color aure⁹ apl'orꝝ. Rubeus martyrꝝ. celestis cōfessorꝝ. albus virginū. Oēs. n. isti virginē circūdāt. ⁊ eā tāq̄ reginā suā associāt.

¶ Sermo. ccxix. ¶ De eodē Sermo. ix.

Maria optimam partem elegit q nō auferet ⁊c̄. Luce. x. Istud verbum ꝓprie nulli cōpetit nisi virgini marie. nec deo: nec angelo: nec hoi. Hō. n. vel angelus q optimā ptē hz: nullus est. Deus aūt non tenet pteȝ: sed totū. Sola nāqȝ ipsa optimā pteȝ hz: q: ēst media inter creatorē q totū tenet. ⁊ oēm aliā creaturā q bonaȝ vel meliorē pteȝ possidet. Ista aūt pars optima quā elegit itelligit ⁊ i vita pn̄ti ⁊ in vita celesti. ¶ Nā in vita pn̄ti multiplicē pteȝ optimā hūit. ¶ Quaruȝ pma ꝯsiderat q̄tū ad castitatis ꝯseruationē: Castitas aūt tres ptes hz. ¶ Vna nāqȝ est castitas cōiugalis. Et ista vtiqȝ est ps bona que hz fructū tricesimū. ¶ Scd̄a ē castitas vidualis. Et ista est ps melior. Et ista hz fructū sexagesimū. ¶ Tertia ē excellētia virginalis. Et ista est ps optima: q: hz fructū centesimū. Et istā ptem optimā elegit: vt tn̄ ōnderet q fuit psona cōis. voluit esse ꝯiugata cū ꝯiugatis ⁊ vidua cū viduis ⁊ imaculata cū imaculatis. ¶ Scd̄a ꝯsiderat q̄tū ad vite pfectionē. Est enim actiua vita que est ps bona. vita cōtēplatiua q est ps melior. ⁊ ex vtraqȝ ꝯposita que est ps optima. Et istā virgo maria elegit. Ideo significat per illas duas sorores. s. p marthaȝ que fuit actiua. ⁊ per magdalenā que fuit cōtemplatiua. Et q: actiua intēdit ꝓximo: ꝯtēplatiua deo. Magna laus fuit in virgine que vtrāqȝ vitā circa filiū suuȝ deuote exercuit. Nā quātū ad diuinitateȝ ꝯtēplationi eius semp intēta fuit. Quātuȝ vero ad humanitatē sibi sedule ministrauit: q: sibi domū eburneā preparauit. ipȝ carne purpurea induit: lacte de celo subministrato cibauit ac potauit: in tribulatōe ⁊ in cruce positū visitauit. ¶ Tertio accipit quātum ad gratie cumulationē. Deus enim hz quadruplicē

mensurā. De qua dr̄ Luc.vi.s.bonā que
est ad iustificatōem. Et hec est ps bona.
Cōfertā scz qñ alicui vltra confert.s.ad
sui iustificationē ⁊ ad alioꝝ saluationē:
Et hec est pars melior. Coagitatā qñ de
us grāz agitādo in aīa ꝯfirmat:sicut qñ
fuit in vtero scificata. Et hec est ps opti-
ma. Supeffluentē q̄ de sua plenitudine
alijs effundit. Et hec est ps optima que
fuit in xp̄o ⁊ matre eius. ¶ Quarto acci
pit ⁊ ꝯsiderat q̄tuz ad pfectā humilia-
tionē. Est aūt triplex gradus humilita-
tis. Primus scz subijci suo supiori.⁊ hec
est bona. Scd̄s vero est subijci suo eq̄li.⁊
hec est ps melior. Tertius est subijci suo
inferiori.⁊ hec est ps optima. Uirgo eiz
beata non solū subiecta fuit superiori.i.
deo.⁊ nō solū subiecta fuit equali.i.suo
spōso:sed ēt subiecta fuit suo īferiori.i.
helisabeth. Apud quā tribus mensibus
ibidē māsit:atq3 sibi deuote seruiuit. Ip
sa nāq3 virgo de deo sentiebat digna:de
seipsa pua ⁊ de pximo magna. ¶ Quita
ps accipit q̄tū ad studiū ⁊ operationē.
Quidā eniz intēdūt pximo p eruditio-
nez.⁊ hec est pars bona. Alij intendūt si
bi p discussionē.⁊ hec est ps melior. Alij
intendūt deo per vacationē.⁊ hec ē ps
optima. Uirgo maria ⁊ pximo intende
bat per doctrinā:⁊ sibi p custodiā:⁊ ipsi
deo per meditationē internā. Uñ pote-
rat dicere cuz ppheta: Meditatus sum
nocte cū corde meo deo.s.vacādo.⁊ ex-
ercitabar:proximū.s.erudiēdo.⁊ scope-
baz spūz meuz:me scz discutiēdo. ¶ Se
cundo habet partē optimā in vita cele-
sti. Et ista pars ꝯsiderari pōt quātuz ad
quinq3. ¶ Primo quātuz ad subiectum
qd̄ glorificatū est. qz scilz in corpore ⁊ in
anima est glorificata. Gloria nāq3 quam
deus dat suis sanctis tres partes habet.
Una ē qua glorificat eoꝝ corpora in ter
ris:sicut corpus beati petri ⁊ sancti iaco
bi apostolorū.⁊ hec est pars bona. Eccl.
xliiij. Corpora eoruz in pace sepulta sūt
⁊c. Alia est qua glorificat eoruz animas
in celo.⁊ hec est pars melior. Apoca.vi.
Date sunt eis singule stole albe. Tertia
est qua glorificat vtrūq3.⁊ hec ē ps opti
ma.⁊ istam partez maria elegit. Petrus
autem ⁊ paulus habent partez bonam:
qz eoruz corpora honorātur in terris. Et
partem meliorē: qz eorū anime glorificā
tur in celis. Sed non habēt partē opti-
maz: qz ipsoruz corpora iacent in sepul-
chris. Alij sancti volauerūt in celū cum
vna ala:idest cū dote anime. Ista autem
est mulier que volauit cuz duabus alis:
idest cum glorificatōe corporis ⁊ anime:
vt habetur Apocal.xij. Alijs sanctis da
tur vna stola. Hec est autē illa de qua di
citur Prouerb. vlti. Byssus ⁊ purpura
indumētuz eius. ¶ Secūdo considerat
quantū ad moduz quo assūpta est. Qui
daz enim sancti assumunt: ⁊ in celuz de
ducunt per angelū vnuz.⁊ hec est pars
bona. Alij deducūtur per plures ange-
los. Et hec est pars melior. Sed ps opti
ma esset si omnes angeli ⁊ sancti obuia-
rent:⁊ omnes vna cū xp̄o aduenirēt. Et
ipse xp̄s personalr̄ adueniret. Et istam
ptē habuit virgo Maria. ¶ Tertio cōsi-
derat quātū ad locū quē sortita ē. Quidā
eniz associant angelis īfime hierarchie.
Et hec ē pars bona. Alij angelis medie
hierarchie: Et hec est pars melior. Alij
vero āgelis supreme hierarchie. Et hec
est pars optima. Maria aūt sup oēs an
gelos est exaltata: ⁊ sup altitudinē san-
ctoꝝ eleuata:⁊ ad dexterā filij collocata
Ideo hz partē optimā. ¶ Quarto ꝯside
rat q̄tū ad p̄miū quo beatificata ē. Bea
titudo eniz tres hz ptes. Una ē beatitu-
do aiaꝝ q̄ adhuc est īperfecta. Et hec est
ps bona. Alia ē btitudo ipsoꝝ angeloꝝ
que est ꝯpleta. Et hec est ps melior. Alia
est filij que est ꝯsumata. Et hec ē ps opti
ma. Et istā partez optimā elegit Maria
que in anima ꝯsumatā gloriam recepit.
¶ Quinto ꝯsiderat q̄tū ad officiū qd̄ si
bi ꝯmissuz est. Est nāq3 Marie ꝯmissum
offiñ adiuuādi:aduocādi ⁊ miserendi.
¶ Adiuuat qdē hoīem ī vita:in morte ⁊
post mortē. Unde cātat: Maria mr̄ grē:
mr̄ mīe:tu nos ab hoste ptege ⁊c. Naz ⁊
ipsa ī vita bonos ī grā cōseruat:⁊ malis
mīam īpetrat. Iccirco dr̄: Mr̄ grē ⁊ mr̄
misericordie. Et hec ē ps bona. In morte
a dyabolo defendit. Iccirco subdit: Tu
nos ab hoste ptege. Et hec est ps melior.
Post mortē aīas nostras suscipit ⁊ in ce
luz deducit. Ideo subdit: In hora mor-

tis suscipe. Et hec ē ps optima. ¶ Scđo
virgo gl'iosa Maria hʒ officiū aduocā
di. In qua aduocatōe more piti aduoca
ti p̄io captat beniuolētiā. dei nostrā in/
sinu miseriā: deinde deū inclinat ad mi
sericordiā. Scire aūt beniuolētiā dei ca
ptare: ē bona ps. Scire miserias ꝛ neces
sitates ośdē: ē pars melior. Scire deū
ad misericordiā iducere: ē ps optia. Jō
significaꝛ per illā mulierē sapiētissimā.
De qua agiꝛ. ij. Regū. xiiij. Captat enim
p̄io beniuolētiā dicēs: Sicut angelus
dn̄i. sic ꝛ dn̄s meus rex vt nec maledictō
ne: nec bn̄dictiōe moueaꝛ. De⁹ nāqȝ nec
ex maledictōe peccatoꝝ moueꝛ ad ira/
cūdū. Sap. xij. Tu aūt dn̄ator virtutis
cū tranquillitate iudicas. Nec ēt moueꝛ
deus ex bn̄dictōibus bonoꝝ nr̄oꝝ ad i/
properādū nobis. Ja. i. Dat oīb⁹ afluen
ter ꝛ nō impropat. Deinde nr̄am insinu
at miseriā dicens: Oēs morimur ꝛ quasi
aque dilabimur sup terrā que nō reuer
tunꝛ. Magna nāqȝ ē miseria hūana: qꝛ
hō semper fluit de culpa i culpā: qꝛ nō
pōt per se redire a culpa. Ultimo petit
misericordiā dicēs: Reduc abiectū tuuȝ
Ac si dicat: Abiecisti hoiem de paradiso
ad miseriā: sȝ reduxisti per passionē tuā
Abiecisti p culpā originalē: sȝ reduxisti
p gr̄am baptismalē. Un̄ Greg. Similr̄ ꝛ
nūc abiectū per actualē culpā redūit ad
te per pn̄iam. ¶ Tertio hʒ officiū mise/
rendi. In iudicādo eim quidā sequunꝛ
veritatē cōscie. ꝛ hec ē ps bona. Quidā
vero sequūꝛ rectitudinē ipsius iusticie.
ꝛ hec ē pars melior: qꝛ in conscīa posset
qs errare. Quidā vero in iudicādo se/
quunꝛ tēperamentū misericordie. ꝛ hec
ē ps optima. Sūt nāqȝ quidā sci qui su
am sequētes cōsciaȝ aliqbus sua subtra
hunt suffragia: qꝛ dignos eos nō repu/
tant gr̄a. Deus eiȝ iusticiā suā sequiꝛ a
qua declinare nō pōt. Teneāt ergo q se/
qui volūt cū cōscientia vel cum iusticia.
Maria autem semper tenebit secuȝ mi/
sericordiam.

Sermo. ccxx. ¶ De scō bernardō. s̄mo. i.

IUstum deduxit dn̄s p vias rectas. Sa. x. Sūt
quedā vie circulares p quas
vadūt hoies mundū amātes. ps. In cir/
cuitu ipij ābulāt. Sūt ꝛ qdā vie obliq. p
quas vadūt hoies seipsos diligētes. Cū
ergo amor sit mot⁹ cordis direct⁹ i aliū
Illi nāqȝ q p amorē ad se cōuertūt: quā/
dā obligtatē faciūt. Sed sunt quedam
vie recte p quas vadūt deū sup oīa dili/
gētes. Can̄. i. Recti diligūt te. Per istas
vias rectas. Bernardus iuit qui sup oīa
deū dilexit. qđ pȝ per quattuor q hūit.
¶ Prio nāqȝ hūit aiuȝ sublimē celestiū
ꝯtēplatōe. Tot⁹ qdē erat i celo. ꝛ iō in/
sensibilis vꝛ in mūdo. Un̄ dꝛ in legenda
Ita tot⁹ i spū absortus ē. vt iā null' sensi
bus vtereꝛ corpis. Sicut poniꝛ exēpluȝ
đ domo testudiata quā ignorabat. ꝛ de
fenestris eccl'e quas nō viderat: ꝛ đ lacu
lausanēsi de quo nō aduerterat. ¶ Re/
fert nāqȝ Agel'. ꝙ đmocrit⁹ phs oculos
sibi erui fecit. Et sup hoc triplex cā a po
etis assignaꝛ. Pria ē vt meditatōi phie
liberius vacaret. Scđa ē: vt nō videret
malos in hoc mūdo florere. Tertia ne vi
sio mulierū eius cōcupiscētiā iflāmaret
Sȝ btūs Bernardus oculos sibi nō eruit
corpalr̄: sȝ spūalr̄ quātū ad oēm vsuȝ il
licitū. Nā quātū ad scđaȝ cām sibi spūa/
liter oculos eruit qn̄ ei⁹ oculi nō erāt si/
bi ad ipedimētū. sȝ ad expedimētū. inte
rioris ꝯtēplatiōis ex eo ꝙ ipse i creatu/
ris ꝯsiderabat dei potētiā ꝛ sapiētiā ac
bōitatē: Etiā ipe oculos suos eruit spūa
liter quo ad scđaȝ cām. qꝛ malos nō vi/
debat oculo idignatōis sȝ compassiōis.
Eruit spūalr̄ suos oculos quo ad tertiā
cām: qꝛ eas in femias nō figebat. sȝ suos
oculos a femis auertebat. Un̄ cū quadā
vice i quādā mulierē aliquādiu defixos
oculos tenuisset i aquas gelidas se imer
sit. donec fere exāguis effect⁹ ē. ¶ Secū
do hūit intellectū illuminatū diuinorū
reuelatōe. Quattuor nāqȝ sibi fuerūt p̄/
cipue reuelata. ¶ Prio dn̄ice natiuita/
tis mysteriū. Nā in nocte natiuitatis pu
er Jesus sibi apparuit quasi iteruȝ ante
oculos eius ex vtero mr̄is nascēs. ¶ Se
cūdo gl'ia sanctoꝝ. Nā cū scūs malachi
as defunct⁹ eēt ꝛ missa p defunctis can
tareꝛ: eidē eius gloria ē reuelata. ¶ Ter
tio notitia futuroꝝ. Mlta nāqȝ futura
preuidit sicut pȝ in gerardo suo frē, cui

suá cõuersionē pdixit ¶ Quarto sciētia
scripturarũ·quá qdē sciētiá scripturaꝝ
nõ hũit p magr̃i eruditionē.sꝫ p ꝓpriaꝫ
meditationē ⁊ orõem.Unñ dr̃ in eiꝰ legē
da.Quicqd i scripturis didicerat quá
maxime i agris ⁊ i siluis meditádo ⁊ orá
do se accepisse cõfitebat̃.Aut p diuinam
reuelationē.Unñ dr̃ ibidē.Cõfessus ē ali/
quádo meditáti vel oráti oēm sacrá scri
pturá melius expositaꝫ sibi apparuisse.
Unñ ēt dr̃ in Cáticis ꝙ dũ quedá retine/
ret que alias didicerat venit ad eũ vox
dicēs:Donec istud tenueris. aliud non
accipies.Ex quo habet̃ ꝙ ea q̃ dicebat
spũ scõ reueláte dicebat ⁊ didicit.¶ Ter
tio bt̃s Bernar.hũit effectũ iflámatum
feruēti dilectõe.Ná tá feruēter deũ dili
gebat ꝙ in diligēdo modũ seruare ne/
sciebat.Unñ dixit.Cá diligēdi.deũ.deus
ē modus sine mõ diligere.Tá feruenter
diligebat ꝙ totus in amore absorꝰ erat
adeo ꝙ nullis iam sensibus corpis vte/
bat̃.Unñ ipse poterat dicere cũ apostolo
ad Gal.ij.Uiuo ego iam nõ ego.viuit át
in me xp̃s.Tá feruēter diligebat ꝙ oēm
amorē illicitũ amouebat.s.amorē cupi/
ditatis terrenoꝝ:qr oia terrena deseruit
⁊ cõtēpsit.Amorē carnalitatis:qr virgi/
nitatem seruauit.Amorē vanitatis con
tēpsit:qr multos ep̃atus renuit.Nõ eniꝫ
põt possideri amor dei cũ amore mundi
Unñ:ipse dicit sup p̃s. Qui hĩtat ⁊c̃.er/
rat oino.Siquis celestē illam dulcedi/
nē huic cineri.illud balsamũ huic vene
no carismata illa spũs misceri posse cũ
istis illecebris patiat̃.Scũs eīm bernar
dus tá feruēter diligebat̃ ꝙ oēm ⁊ sin/
gulũ amorē ad dei amorē referebat.Di/
stinguit náqꝫ quintuplicē amorē.s.piũ:
iocũdũ:iustũ:violētũ:⁊ deuotum.Amor
náqꝫ pius vt dicit:ē quo amamus parē
tes.Amor aũt iocũdus ē:quo amamus
socios ⁊ amicos.Justus:quo amamus
vniuersos hoies.Uiolētus quo amamꝰ
inimicos.Deuotus:quo amamus deum
Quattuor aũt prios amores beatus ber
nardus referebat ad quintũ.Parentes
eīm amabat sꝫ deũ.Unñ p̃rem ad religio
nem adduxit ⁊ frēs cõuertit.⁊ amicos
⁊ socios cũ qbus cõuersari cõsueuerat
diligebat in deũ:qr eis predicabat ⁊ eos
ꝯuertebat.Jnimicos aũt diligebat ꝓpt̃
deũ.Deũ aũt diligebat ꝓpter seip̃m.Unñ
Aug.Beatus ē dñe qui amat te:⁊ amicũ
in te.⁊ inimicũ pp te.Solꝰ eiꝫ nullũ coꝛ
amittit cui oēs in illo chari sunt qui nõ
amittit̃.⁊ te nemo amittit:nisi q dimit/
tit.¶ Quarto habuit affatuꝫ plenũ po
tenti sermone.Sermo náqꝫ eius ptáte
tanta plenus erat ꝙ sibi obediebant ele
menta insensibilia ⁊ corda ⁊ demonia.
Elemēta quidē sicut pꝫ in pluuia. Naꝫ
cũ quádá ep̃lam sub diuo scribi faceret.
subito imber magnus erupit ⁊ cuꝫ ipse
scriptor charthá ꝯplicare vellet.ait ber
nar.Opus dei ē.scribe ⁊ nõ desistas.Et
sic totaꝫ illá ep̃lam scripsit in imbre sine
ibre.Obediebát ēt sibi sensibilia sicut pa
tuit in ip̃is muscis quas excõicauit.obe
diebant ēt sibi hoium corda.sicut patu/
it in militibus rapinas frequēter exer/
centibus quibus vinũ ꝓpinari fecit di/
cens:Bibite poculũ aiarũ ⁊ cõtinuo mu
tati fuerũt.Obediebát ei ēt demonia:qr
ea expellebat scripto suo:qr cuidam de
moniace cedulá hoc ꝯtinētem misit.Jn
noie dñi nr̃i iesu xp̃i precipio tibi demõ
ꝙ exeas ab ea:qua cedula ad collũ illiꝰ
mulieris obsesse a demonio.⁊ demonia
ce ligata statim demon euanuit ⁊ reces/
sit.Etiá beatus berñ.demonia expelle/
bat cũ suo baculo sicut pꝫ in muliere a
demone infestata.cui bt̃s ber.suũ bacu/
lum tradidit.⁊ diabolus ad illá mulie/
rē accedere nõ p̃sumpsit.Aliqñ ēt suo i/
perio ⁊ sñia sua demonia expellebat.si/
cut pꝫ in demone quē excõicauit. qñqꝫ
vero suo rñso.Ná cũ infirmaret̃.⁊ in ex
cessu mētis sue positus añ tribunal dei
fuisset adductus.demon affuit ipsuꝫ ac
cusans:⁊ ille rñdit. Fateor non suꝫ di/
gnus obtinere regnũ celoꝝ.sꝫ duplici iu
re illud obtinens ē dñs meꝰ.s.p̃ris here
ditate ⁊ merito passiõis.Altero ip̃e cõtē/
tus alterũ mihi donat.

¶ Sermo.ccxxi.¶ Eodē die.sermo.ij.

Dilectus deo et
hoibus cuiꝰ memoria in be
nedictione ē.Eccl.xlv.Qui
dá diligunt̃ a deo sꝫ odiunt̃ ab hoibus.
Luc.xxi.Eritis odio oibus hoibus pp

nomẽ meũ. Quidã vero diligũt ab hoi/
bus: sz a deo odiũt. Jac. iiij. Quicunqz
voluerit eẽ amicus hui⁹ seculi. inimic⁹
dei cõstituet. qdã vero odiunt a deo: et
ab hoibus sicut supbi. Eccl. x. Odibilis
corã deo ⁊ hoibus ẽ supbia. qdã diligũt
a deo: ⁊ diligunt ab hoib⁹ sicut btõs ber
nardus. De quo in pmissis principalib⁹
verbis duo pponunt. s. meritũ eius: cuz
dr: Dilectus deo ⁊ hoib⁹. ⁊ pmiũ: cũ sub/
dit: Cuius memoria in bñdictione ẽ ⁊c.
¶ Circa primũ notãdũ q multiplici ra
tione mouet hõ ad diligẽdũ aliqd. Di/
ligit eim aliqd qr bonũ: qr pulchrũ: quia
honestũ: q: vtile: qr delectabile: ⁊ qr sile.
Jn deo aũt oẽs iste rões sunt. ⁊ iõ sũme
diligẽdus ẽ. Jn eo quippe ẽ summa bo/
nitas. Mat. xi. Nemo bonus. nisi solus
deus. Sũma speciositas. Sap. vij. Spe
ciosior sole ẽ. Uñ ⁊ agnes dixit: Cui⁹ pul
chritudinẽ sol ⁊ luna mirant. Sũma ho
nestas. Sap. vij. Honestatẽ illius nõ ab/
scondo. Sũma vtilitas. Sap. vij. Uene/
runt mihi oia bona pĩter cũ illa. Sũma
delectabilitas. ps. Delectatões in dexte/
ra eius. ⁊ nr̃e nature cõformitas. Phil.
ij. Jn similitudinẽ hoiuz factus ⁊ habi/
tu inuẽtus vt hõ. Btõs vero bernardus
ꝓpter tria pria fuit dilectus a deo. ⁊ pro
pter tria sequẽtia fuit dilectus ab hoib⁹
¶ Primo nãqz a deo fuit dilectus: qr ha
buit bonitatẽ i affectiõe. Affectio nãqz
bona ẽ volũtas que tũc ẽ bona qñ gau/
dio ⁊ dolore spe ⁊ timore. ẽ ordinata af/
fecta. Uñ Aug. in li. de patiẽtia. Uolun
tas bona. i. volũtas fideliter deo subdi/
ta. volũtas sanctitate supni amoris accẽ
sa. volũtas que deũ diligit. ⁊ primũ p/
pter deũ sine amore. De quo rñdit Pe/
trus: Tu scis dñe qr amo te. Sine timo/
re. De quo dicit apls. Jn timore ⁊ tremo
re vestrã salutẽ opamini. Sine gaudio.
De quo dicit idem. Spe gaudentes. Si/
ne tristitia qualem dicit se habuisse pro
fratribus suis quecunqz amara ⁊ as/
pera sufferat. Charitas nãqz dei ẽ q̃ oia
tolerat que nõ diffundit i cordibus no/
stris nisi p spũm sanctũ qui datus ẽ no
bis. ¶ Secũdo fuit dilectus a deo: qr ha
buit pulchritudinẽ siue puritatẽ in intẽ
tione. intẽtio aũt in mẽte ẽ sicut oculus
in capite. Oculus nãqz debz esse purus
simplex ⁊ rectus. Tũc enim oculus intẽ/
tionis ẽ purus quãdo ẽ sine puluere et
sine terrena cupiditate. tũc ẽ simplex qñ
est sine duplicitate. s. qñ oculũ itellectus
ad deũ dirigimus p fidẽ. ⁊ oculũ affect⁹
p amorẽ. sed quãdo affectuz dirigimus
ad mundũ. ⁊ intellectũ ad deũ. tũc ẽ du
plex. Tunc aũt est rectus quãdo non ha
bet obliquitatẽ. sed directe ad deuz diri
gimus. ⁊ corda ⁊ opa nr̃a. iõ precipit Le
uit. xxi. Ne offerat luscus: aut lippus:
aut maculã hñs in oculo. Luscus enim ẽ
qui habz in intẽtione obliquitatẽ. Lip
pus qui habz duplicitatẽ. Maculaz ha
bet qui habet puluerem. i. cupiditatem.
¶ Tertio Bernardus fuit dilectus a dñ
qr habuit honestatem in cogitatõe. Pro
uer. xij. Cogitatões iustoꝝ iudicia. Qr
iusti inter suas cogitatões iudicia exer/
cent: qr malas expellẽt: ⁊ bonas retinẽt.
Dicit aũt Chryso. q homo bonus fm vo
luntatẽ aie: bonus ẽ. sz naturã vero car
nis malus. ⁊ ideo pñt inesse cogitatiões
bone ⁊ male. Malus aũt homo fm volũ
tatem carnis malus est. ⁊ fm volũtatem
aie peruersus. Et ideo non põt habere
nisi malas cogitationes. Dicit autem. i.
Mach. i. q antiochus precepit idolum
abhominabile sup altare poni. ⁊ ab ho
minibus adorari. ⁊ sabbatũ non celebra
ri. Tunc idolũ super altare ponit quan
do in corde praua suggestio dominatur.
Tũc adorat quãdo vsqz ad cõsensuz ani
mus peccato adherret. ⁊ vsqz ad consen
sum peccati pertrahit. Et sic sabbatum
ñ celebrat: qr animi quies amittit. ¶ Se
cundo fuit dilectus ab hominibus. Pri
mo qr fuit vtilis in pdicatõne. ij. Thim.
iij. Omnis scriptura diuinitus inspira/
ta vtilis est ad docẽduz: ad arguẽduz et
ad corripiẽduz: ⁊ ad erudiẽdũ. Sic btõs
bernar. p suã doctrinã docebat ignoran
tes. arguebat negligẽtes: corripiebat de
linquẽtes: ⁊ erudiebat penitentes. ¶ Se
cundo fuit delectabilis: ⁊ amabilis i cõ/
uersatione. Prouer. xviij. Uir amicabil
ad societatẽ magis amicus erit q̃ frat.
Prelatus nãqz dz esse mãsuetus in quer
sando. seuerus autez in corripiẽdo. Dul
cis autẽ ⁊ pius in cõpatiendo ⁊ miseran

do. nã in arca moysi cuz virga rectitudinis fuit mãna dulcedinis. Et samaritanus cuz vino mordacis reprehensionis infudit oleuz pie ꝯpassionis. Legiꝭ. iij. Reg. i. ꝙ salomon in regẽ iniungendus sup mulã fuit positus: que ex equa ⁊ asino ꝓcreaꝭ. In equa ferocitas: ⁊ in asino simplicitas inueniꝭ. Mula aũt cũ ferocitate equina habꝫ simplicitatẽ asininã. Per qđ daꝭ intelligi ꝙ p̄latus cũ ferocitate rectitudinis debꝫ habere simplicitatem mansuetudinis. ¶ Tertio fuit nobis similis p humilitatẽ. Eccꝉ. iij. Quãto maior es: humilia te in oibus. Prelatus aũt corã deo semp debꝫ se humiliare in oibus. Et corã subditis qñq3 debet se humiliare in oibus: aliqñ in aliquibus: aliqñ vero in nullo. Quidam nãq3 ducipñt per lenitatẽ: sed nũquã per aspiratẽ. Corã istis dꝫ se humiliare prelatus in oibus. Vñ Gregoꝛ. nazãzenus. Aliquos lenitate curare debemus. alios aũt hũilitate. Alij nãq3 sunt duri ⁊ superbi qui ex mansuetudine prelati peiores efficiũtur. Coram istis non debet se in aliquo humiliare sed debet eorũ superbiã frangere. Alij aũt sũt qui medio modo se habent qui. s. ex nimia seueritate franguntur: vel nimia lenitate soluũtur. Et corã istis debet se prelatus humiliare in aliquibus: nõ aũt in oibus. Tales enim indigent tẽperamẽto. De quo dicit Greg. Faciẽdũ ẽ nãq3 quoddã tẽperamentuz: vt nec nimia asperitate exulcerenꝭ subditi. nec ẽt nimia lenitate soluanꝭ. Hic est ꝙ in basibus templi erãt sculpti leones ⁊ boues. Per basem prelatus intelligitur: qui debet populuz sustentare in quo debet eẽ auctoritas vt seuere corripiat. ⁊ maturitas vt misericorditer demulceat. ¶ Secũdo subdiꝭ premiũ cum subiungiꝭ. Cuius memoria in benedictõne erit ⁊c̃. vbi duplex premiũ poniꝭ scilꝫ memoria ⁊ gloria. ¶ Quia eniz fuit dilectus ab hoibus ẽ modo in memoria: qꝛ fuit dilectus a deo est modo in celesti gloria. De memoria sanctoꝝ diciꝭ Eccꝉ. xlix. Memoria iosie in cõpositione odoris facta: opus pigmẽtarij: in oi ore quasi mel indulcabiꝭ eius memoria: ⁊ vt musica in cõuiuio vini. Memoria gđẽ scõꝝ delectat nr̃m olfactũ ad odorãdũ. ideo assimilaꝭ operi pigmẽtarij. Delectat os ad loquẽdũ: iđ assimilaꝭ melli. Delectat aures ad audiẽdũ: ideo assimilaꝭ musice. ¶ Secũdo habuit celestẽ gloriã. ideo subditur. Similẽ illũ fecit in gloria sanctorũ. Est aũt duplex glĩa. Vna ẽ gloria essentialis que dꝛ aurea que cõsistit in dei visione: in qua delectabunꝭ oẽs sensus. Erit eiz speculum visui. melodia auditui. balsamũ olfactui. mel gustui: flos suauissimus tactui. Alia ẽ glĩa accidẽtalis: que dꝛ aureola que dabiꝭ martyribꝰ virgibꝰ: ⁊ p̄dicatoribus. Nã in veteri testamẽto tria hẽbant aureolã. s. altare: arca ⁊ mẽsa. Per altare significanꝭ martyres qui de corpibus suis deo sacrificiuz obtulerũt. Per arcaz que intus ⁊ extra fuit deaurata: significanꝭ virgines q̃ habuerũt puritatẽ in mente: ⁊ integritatẽ in carne. Per mensaz aũt intelliguntur p̄dicatores qui steterũt ad mensaz sacre scripture. De qua dꝛ in p̄s. Parasti i cõspectu meo mensaz ⁊c̃. Et qꝛ bt̃s bernardus fuit valde pfectus iđ hũit auream. ⁊ qꝛ fuit virgo icorruptus ⁊ p̄dicator gratiosus duplicẽ tꝫ aureolã.

¶ Sermo. ccxxij. ¶ De eodem. Sermo quartus.

IN fide ⁊ lenitate

ipsius scũm fecit illum ⁊ elegit eũ ex oi carne. Eccĩ. xlv. Ex his v̄bis habeꝭ ꝙ bt̃s Bern̄. quattuor spãles p̄rogatiuas hũit. Nã in corpe ⁊ in corde magnã hũit puritatẽ: qđ notaꝭ cũ dꝛ in fide. Fides nãq3 hꝫ purificaꝛ. Iuxta illđ Act. xv. Fide purificãs corda eoꝝ In cõuersatõe hũit magnã hũilitatẽ: qđ notaꝭ cũ dꝛ: In lenitate. In vita hũit magnã scitatẽ: qđ notaꝭ cũ subdiꝭ. Scũz fecit illũ. In corpe suo nullã hũit carnalitatẽ. iđ subdiꝭ. Et elegit eũ ex oi carne. Deꝰ. n. ab oi carnalitate eũ elegit ⁊ totaliꝭ sepauit. ¶ Prio igiꝭ hũit magnã puritatẽ: qꝛ. s. v̄go corpe ⁊ mẽte fuit. Castitas ãt ẽ magne v̄tutis qñ qs eã suat ⁊ ab hoste tẽtatꝰ. ⁊ carne illectꝰ. ⁊ ab exteriꝰ ꝓuocatꝰ. Scũs igiꝭ Ber. si ab hoste temtabaꝭ oẽs tẽtatõẽs fugabat. Vñ dꝛ đ eo. perpendẽs piculum eẽ cohabitare ser

penti fugam meditari cepit ⁊ ordinē in-
trouit. Si aūt a carne alliciebat̄ ipsam
ꝓtinus macerabat. ¶ Unde cū adhuc
esset adolescens ⁊ in quādā feminā ocu-
los defixos habuisset ⁊ aliquādiu tenu-
isset in stagnum gelidaꝝ aquaꝝ se imer-
sit donec pene exanguis effectus est. Si
vero ab exterius ꝓuocabat̄ totis virib⁹
resistebat. sicut pꝫ de puella que se in le-
ctum suū iniecit. ⁊ de hospita que ipsū
allicere voluit. ¶ Secūdo habuit i con
uersatōe magnam humilitatē. Unde d̄
eo legit̄. Uincebat̄ in eo sublimitatē no
minis humilitas cordis. nec tm̄ poterat
eum vniuersus erigere mūdus quantū
seipm̄ deijceret solus. Signū aūt magne
humilitatis fuit ꝙ pluribus ciuitatib⁹
in epm̄ electus semꝑ se retraxit ⁊ repu-
diauit. Legit̄ Judic. ix. ꝙ ligna siluarū
venerunt ad oliuam ficū ⁊ vitem. vt. s.
vngerent sibi regem. Per oliuā. ficum ⁊
vitem intelligunt̄ religiosi q debent hr̄e
oleū ꝯpassionis ⁊ misericordie ⁊ dulce-
dinē ꝯscie. ⁊ vinū spūalis leticie ⁊ sacre
scripture. Sed cum ꝓmouent̄ int̄ ligna
siluaꝝ ⁊ turbas pplo͛ꝝ amittūt ꝯpassio-
nem. q͛ efficiunt̄ valde auari Amittunt
ꝯscie dulcedinē q͛ afficiunt̄ paꝝ in ꝯscia
Amittūt leticiā spūalē ⁊ p̄dicandi feruo
rē. q͛ efficiunt̄ valde indeuoti. ¶ Tertō
in vita habuit magnā sanctitatē. Un̄ de
eo legit̄. Semꝑ aūt inueniebat̄ aut orās.
aut legens. aut scribēs. aut meditās aut
fratres verbo edificās. Signū āt magne
scītatis ⁊ pfectōis erat ꝙ ip̄e ꝑ xp̄o mori
totis desiderijs affectabat. Un̄ legit̄ A-
poca. xij. Signū magnū appuit in celo.
Mulier amicta sole ⁊c̄. Per solē intelli
gunt̄ celestes. Per lunā vero q̄ crescit ⁊
decrescit intelligunt̄ terrena: Per duo-
decim stellas intelligunt̄ duodecim apo
stoloꝝ exēpla. Sancti nanqꝫ viri amicti
sunt sole. i. celesti ꝯuersatōe. lunā habēt
sub pedibus. i. tp̄alia sub affectibus. co-
ronā duodecim stellaꝝ in capite. i. exem
pla aplo͛ꝝ i mente. Hec nāqꝫ mulier cru
ciat̄ vt pariat. vt. s. deposita corruptiōis
seruitute. pariat nouum hoiem in statu
glorie. Rom̄. viij. Ois creatura ingemi-
scit ⁊ pturit vsqꝫ adhuc. Mali aūt reli-
giosi hn̄t lunā in capite. i. tp̄alia in affe-
ctione. solem sub pedibus. i. celestia i de
spectōe. stellas duodecim in corꝑe idest
aplo͛ꝝ exempla in exteriori ꝯuersatione
¶ Quarto in corꝑe nullā hūit carnali-
tatē Ip̄e. n. corpus suū macerabat ⁊ affli
gere solebat ieiunijs vigilijs. asꝑis vesti
mentis. ⁊ q̄ꝫ pluribus alijs penis: Unde
de cibo eius sic legit̄. Ad comedendum
vix voluptate trahebat appetitus sed so
lo timore defect⁹ sic accedebat ad sumen
dū cibum quasi ad tormentū. Solū aūt
aquā frigidā sibi sape dicebat eo ꝙ dū
eam sumeret fauces sibi refrigeraret De
eius vigilijs sic legit̄. Uigilabat seruus
dei vltra possibilitatē humanā. Nullū
n. tp̄s se magis ꝯqueri ꝑdere solebat q̄ꝫ
illud quo dormiuit. Sancti nāqꝫ viri in
bonis opibus ⁊ orōnibus semꝑ vigilant
ne ip̄a mors ip̄os imꝑatos inueniat Mat
the. xxix. Uigilate ⁊ orate. q͛ nescitis q̄
hora dn̄s vester venturus sit qđ ē ꝯtra il
los q tm̄ in morte se p̄parare volunt. qđ
fieri nō dꝫ sicut ostendit Chris. ꝑ tria exē
pla. ¶ Primum est q͛ sponsa expectans
sponsum prius se ornat. Nā si tm̄ i aduē
tu sponsi se ornaret. spōso plurimū displi
ceret. ¶ Secundū est q͛ strenuus miles
semꝑ dꝫ hr̄e arma sua p̄parata. vt cū tp̄s
belli aduenerit ire possit ad p̄lium. Qui
aūt gladiū eruginare dimiserit loricam
sordescere. scutū frangi nō poterit cela-
re negligentiā. cū ingens necessitas non
ꝑmittit longi tp̄is opus implere. ¶ Ter
tiū est q͛ malus seruus abſn̄te dn̄o opera
sua nō aspicit ⁊ negligēter opat̄. sed cū
viderit dn̄m suū venientē incipit festina
re. sed nihil ꝓficit festinatio huiusmodi
q͛ multoꝝ dieꝝ negligētia n̄ pōt vna ho
ra expleri. De eius vestimēto sic legitur
In vestibus semꝑ ei pauꝑtas ꝯplacuit.
sordes vero nunquā cilicin̄ multis ānis
portauit q̄ꝫ diu occultū esse potuit. sꝫ vbi
cognitū esse sensit illud remouit habēs
in ore sepe illud ꝓuerbiū. Qui hoc facit
qđ nemo mirant̄ oēs. Sancti. n. viri sibi
cauent a varietate ciboꝝ ⁊ vestimentoꝝ
q͛ ibi nō deest peccatū. Hiero. ꝯtra Joui
nianū. Recte in tanta diuersitate victus
aut vestitus necesse est hic. aut ibi eē pec
catū. nō ꝙ in cibo vel in vestibus asseraꝫ
peccatū ee͂ sed ꝙ varietas ⁊ ꝯmutatio

in deterius rephensioni pxima sit.quod
aũt reprehendit pcul est a virtute.quod
aũt a virtute pcul est vicio mancipatur
qđ vero vitiosum est peccato iungit.qđ
tandẽ peccatũ est in sinistra ꝛ hyrcoꝝ
grege describit.

¶ Sermo.cxxiiii. ¶ De eodẽ sermo.v.

NEmo accendit lucernã
et in abscondito
ponit ꝛc.Luc.viij. alias.ix.
Beatus Bernardus fuit lu
cerna sup candelabꝝ posita q: oĩbus ful
sit.p doctrinam.p vitã bonam.Fulsit ãt
ad laicos Fulsit ad religiosos.¶ Laico
rum aũt quattuor erant genera.s.tyran
ni eccl'iam psequentes.ꝛ inter istos ful
sit p magnã ꝯstantiã sicut p3 in duce aq
tanie q cum eccl'iam psequeret Beatus
Bernardus post missam cũ xp̃i corpore
ignea facie ad eũ accessit dicens Ecce ad
te venit filius virginis quẽ tu psequeris
Resiste ergo ei si vales.statimq3 dux ille
ad pedes beati Bernardi accessit ꝛ sibi i
oĩbus ꝛ p oĩa obediuit.Simil'r.ij.Regũ
x.legit ꝙ dauid misit nũcios ad regem
Amon.sed illi dimidiã barbã eis raserũt
ꝛ vestes pciderũt.Dauid aũt exercitũ fe
cit ꝛ eos ꝯtriuit.Nũcij Dauid sunt cleri
ci ꝛ p̃lati.filij Amon sunt demones vel
principes mali.due ptes barbe sunt vita
ꝛ scientia vel ordo vel eccl'iastica bñficia
Demones igit dimidiã barbam radunt
qñ.s.vitam tollũt ꝛ sciam dimittũt. Ty
rãni ẽt mediam barbã radũt qñ auferũt
subãm tpalem ꝛ dimittũt eis ordinẽ cle
ricalem.Sed ꝛ dauid q interp̃tat manu
fortis.i.bonus p̃latus d3 hr̃e audacẽ ani
mũ vt tales nõ timeat.d3 hr̃e impiosum
verbum.vt.s.eos reprehendat ꝛ excõica
tõi subijciat.ꝛ d3 hr̃e huiusmodi p̃latus
fortẽ manum vt ẽt p brachiu3 seculare si
opus fuerit eos coherceat Alij erãt eius
inimici eũ indebite psequẽtes iter quos
fulsit p patientiã. Distinguit aũt ipe tri
plicem gradũ patientie Unus ẽ ad iniu
rias verboꝝ ꝛ iste ẽ magnus.Alius ẽ ad
damna reꝝ.ꝛ iste gradus ẽ maior.Terti
us gradus patientie est ad ꝯtumelias v
beꝝ.ꝛ iste est maximus.¶ Istũ triplice3
gradũ ipe ostendit.nam ipe fuit patiẽs
ad iniurias verboꝝ.nam cũ cuida3 ep̃o
de sua correctõe amicabil'r scripsisset ille
indignatus rescripsit salutẽ ꝛ non spũm
blasphemie.sed tñ in nullo cõmot⁹ sibi
rescripsit.Ego spũm blasphemie in me
habere nõ credo.¶ Fuit ẽt patiens ad
damna reꝝ.Nam cũ qdam abbas trecen
tas marcas sibi mitteret p vno monaste
rio ꝯstruendo tota illa pecunia a p̃doni
bus est sublata.Quod audiẽs nihil ali
ud rñdit nisi bñdictus deus q nobis pe
percit ab onere.¶ Fuit ẽt patiẽs ad cõ
tumelias verbeꝝ.Cum.n.qdam eum in
maxillã pcussisset vir dei circunstãtes ad
iurauit ne tangeret.sed in pace dimitte
ret.Alij nanq3 erant humiles ꝛ deuoti.
inter eos Bernardus fulsit p beniuolen
tiã.Unñ dicit in eius legẽda.Inter sum
mos honores vt sepius fatebat alterum
sibi mutuatũ hoiem videbat seq3 poti⁹
reputabat absentẽ velut quoddã somni
u3 suspicatus.vbi ṽo inter simpliciores
erat ꝛ amica decebat humilitate frui sibi
se inuenisse gaudebat.ꝛ in ppriã redisse
psonam.Debẽt nanq3 p̃lati ad subditos
beniuoli esse.ꝛ eoꝝ infirmitatibus cõde
scendere.Hier.i.Dedi te hodie in ciuita
te3 munitã.vt.s.fugiẽtes ad te recipias
p ꝯpassionẽ ꝛ columnã ferreã vt substin
tes paupes ꝛ infirmos p bñficioꝝ exhi
bitõem ꝛ in muꝝ eneũ vt oppressos pro
tegas p defensionẽ.Alij aũt erãt ad ver
ba sua valde auidi ꝛ inter istos fulsit p
magnam grãm.Unde mater vidit se in
vtero habere catulu3 totaliter candidũ
ꝛ in dorso subrufum atq3 latrantẽ.Ipse
nanq3 fuit catulus.ꝛ hoc inquantu3 lin
gua sue p̃dicatõis peccatoꝝ vulnera sa
nauit.Fuit candidus inquantũ purita
te3 mentis ꝛ corporis seruauit. Fuit sub
rufus inquantũ igne celi succensus fuit
Et fuit latrans.s.inquantũ ipos tyran
nos redarguit ꝛ hereticos a grege com
pescuit.¶ Secũdo ista lucerna fulsit in
ter religiosos.Et hoc per quiq3 radios.
¶ Primus est ꝙ laicos ad religiõis ha
bitum cõuertebat.ꝛ hoc doctrinis.mira
culis.ꝛ exemplis.Doctrinis quidem si
cut fratres carnales.quos verbis saluta
ribus ad religionẽ adduxit.Miraculis
sicut p3 in Gerardo fratre suo in carce
re posito que3 miraculose extraxit ꝛ ad

ordinem adduxit. Exemplis ꝑut pꝫ in quodā nuncio ab Archiepō ad ipꝫ trāsmisso. qui q̄dem nūcius visa tanta Beati Bernardi sanctitate seculo vale fecit ⁊ religionē introiuit. ¶ Secūdus est q̄a nouicios carnaleꝫ affectū relinquere satagebat. Unde dicebat eis. Si ad ea que intus sunt festinatis. hic foris dimittite corpora que de hoc seculo attulistis. Soli nanqꝫ spūs ingrediant̄. caro autē nō ꝓdest quicquā. Religiosus enim nō dꝫ portare ad religionē corpus idest corporalem voluntatē. vt. s. ꝓpter ventreꝫ pascendū ingrediat̄. Sed reuera d̄ multis potest dici illud Hieremie. li. Replebo hominibus terrā tuam quasi bruscho: ¶ Bruschus totus est in mēte ⁊ fructuꝫ nullū facit. Et aliquādo in tāta sūt multitudine vt solem obscurare videantur. ¶ Hodie eniꝫ sic etiam multi religioneꝫ intrant vt ventrē pascant ⁊ nullaꝫ vtilitatem faciant ⁊ malo exēplo bonos obūbrent. Nō debet etiam religiosus ad religionem portare corpus idest carnalē siue ꝓpriam voluntateꝫ. Unde Seneca. Tantum virtuti adijcit̄ quantū proprie voluntati subtrahit̄. Nec etiam religiosus debet ad religionē apportare corp⁹ idest carnalem parentū amorē. Gen. xij. Egredere de domo patris tui ⁊c̄. ¶ Tercius gradus siue radius ꝑ quē fulsit ista lucerna q̄ ꝓfessos virtutibus ⁊ moribus informabat. Tria enim in vita sua seruauit ⁊ docuit que moriens dereliquit dicens. tria vobis obseruanda relinquo q̄ siquidē ego ꝓ viribus obseruaui. Nemini verbo scandalū feci. min⁹ sensui meo quā alterius credidi. lesus de ledente vindictam nō expetij. Ecce charitatem humilitatem ⁊ obedientiā vobis relinquo ¶ Docebat nanqꝫ vt nullus verbis contumeliosis aliū scādalizaret vel malediceret. ¶ Legit̄ nanqꝫ Deut. xxvij. q̄ filij concubinaꝝ Jacob electi sunt ad maledicendū. Filij vero liberaꝝ ad benedicēdum. ¶ Per quod dat̄ intelligi q̄ male dicere ⁊ cōtumelias inferre est viliū personarum. Et ergo de eis nō est curandū ¶ Docuit etiam humilitatē ⁊ relinquere ꝓpriam voluntatē. Eccle. xviij. Post cōcupiscētias tuas nō eas ⁊c̄ ¶ Docuit patientiā similiter Luce. xxi. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et ꝓpter ista tria dixit abbas Joseph q̄ tria sunt honorabilia coram deo. s. patiētia in infirmitate. obedientia sine ꝓpria voluntate. ⁊ bona operatio cuꝫ munda intentiōe. ¶ Quartus ē quia tētatos cōsolatōnibus ⁊ oratōibus refouebat. Unde cum q̄daꝫ nouicius tētatus diceret. Nunquā amplius letus ero. Beatus bernardus taliter eum cōsolatus est ⁊ tam feruenter ꝓ eo orauit q̄ ille tandem ait. Nunquā amplius tristis ero. Deus eīm nō permittit de nouo conuersos grauiter tentari. Unde Gregorius distinguit tres status conuersorꝫ qui sunt incohatio. medietas. ⁊ perfectio. ¶ In incohatione veniūt blandimēta dulcedinis in medio veniunt certamina tentatiōis ad extremum venit ꝑfectio plenitudinis. q̄r spōsam suā quilibet vir primo dulcibus blandimentis fouet vt alliciat. quā coniunctam asperis increpatōnibus ꝓbat. ⁊ ꝓbataꝫ securis cogitatōibus possidet. ¶ Quintus est quia apostatas reuocabat. sicut pꝫ in diuersis ⁊ pluribus apostatis quos recepit. Unde legit̄. i. Regū xviij. q̄ filij israel videntes se in antro vl spelunca positos. quidaꝫ eorum absconderunt se in spelūcis. ⁊ quidam se abscōderunt in abditis ⁊ quidam in cisternis quidam aūt transierunt ad philisteos. q̄dam remanserunt cum rege suo Saule. Sic etiā israelite idest religiosi quādo in antro penitentie ⁊ abstinētie sunt positi q̄dam eorū ire volunt ad hospitiū. ⁊ isti abscundunt se in speluncis. q̄dam ad infirmatorium. ⁊ isti abscondūt se in abditis. quidam exire volūt. s. extra ad solatium ⁊ refrigeriū. ⁊ isti abscondunt se in cisternis. q̄dam transeūt ad philisteos. i. ad seculum. Boni aūt religiosi remanent cum xp̄o ⁊ suo p̄lato contra philisteos idest ꝯtra demones fortiter dimicantes.

¶ Sermo. ccxxiiij. ¶ De sancto Bartholomeo apostolo sermo. i.

Quicunqꝫ honorificauerīt me. glorificabo eū i. Regum. ij. Magna siq̄deꝫ

dei liberalitas q̄ p̄ modico honore quez
sancti sibi exhibent in terris. ipse deus
eos glorificare dignat̃ in celis. Talis fu
it Beatus Bartholomeus qui deū ho-
norificauit. ⁊ ideo deus ip̄m glorificauit
⁊ glorificare dignat̃. In p̄missis ergo ver
bis duo ꝯmuniter tangi ⁊ notari possūt.
¶ Primo meritū Beati Bartholomei.
cum dicit̃. Quicūq; honorificauerit me.
¶ Secūdo tangit̃ p̄mium eius ibidē. cū
subiungit̃. glorificabo eum. ¶ Circa pri
mum est notandū q̄ sanctus Bartholo
meus deū honorificauit scilicz corde ore
opere ⁊ corpore. ¶ In corde autem sunt
intelligentia. voluntas. ⁊ memoria. Illi
ergo corde deum honorificāt qui ei⁹ be-
neficia recognoscunt. ⁊ eum ⁊ eius bene
ficia diligunt ⁊ nunquam obliuioni tra
dūt. ¶ Talis fuit Beatus Bartholome
us qui humane redemptōis beneficium
cognoscebat ⁊ sue memorie illud sepius
imprimebat. ⁊ illud fortiter retinebat. ⁊
ipsum regi cū tanta dilectōne exponebat
ostendens q̄ ip̄a nostra redemptō facta
est valde cōgruēter. quia primus homo
factus est de virginea terra. secūdus ve-
ro homo factus est de virgine Maria.
Est facta valde potēter q: dyabolū inua
sorem ⁊ abusorē alieni iuris potēter eie-
cit. Est ēt facta valde iuste siqdē vt dya-
bolus q̄ hoīem comedētē vicerat a ieiu-
nāte vinceret̃. Est ēt facta nr̄a redēptio
valde sapiēter q: xp̄s dyabolo tanq̄ aui
illusit dū escā carnis ostendēs hamo di
uinitatis eū cepit. ¶ Scd̄o scūs bartho
lomeus xp̄m honorauit ore. dū xp̄i gl̄iaz
p̄ orbē vniuersum fidelit̃ p̄dicauit. Mū
dus siqdez erat mendicus ignobilitate
abiectus ⁊ refutatus ⁊ mestitia plenus.
Beatus aūt bartholomeus erat thesau-
rus dei. margarita dei ⁊ luminare dei. ⁊
ideo mundū ditauit ac nobilitauit ⁊ il-
luminauit. Ista tria tangit btūs Theo-
dorus in sermone quem facit de ip̄o. vbi
ait qualr̄ eius corpus ad lipparim insu-
lā ē translatū dicēs. Venit ad paupculā
thesaurus ditissimus. venit ad ignobilē
p̄ciosissima margarita. venit ad mestam
splendidissimū luinare. ¶ Tertio deum
honorificauit ope. q: demonū culturam
destruxit. ⁊ cultuz dei ampliauit. Sicut
aūt dicit beatus Augu. in li. de ciui. dei.
tria genera deoꝝ tradita sunt. Unum a
poetis. Alteꝝ a ph̄is. Tertiuz a principi
bus ciuitatū. Quod aūt isti dij nullo mō
sunt colēdi. ibidē oñdit dicens. Propo-
nūt greci. si dij tales collendi sūt p̄fecto
tales hoīes sunt honorādi. Assumūt ro-
mani. sz reuera nullo mō honorādi sunt
hoīes tales. Cōcludūt xp̄iani. Nullo mō
ergo tales dij colendi sūt. Oia nāq; ista
genera deoꝝ Bartholome⁹ destruxit. si-
cut p3 in legēda. ¶ Quarto Bartholo-
meus honorificauit deū in corpe seu cuz
suo corpe. q: centies in die ⁊ cēties in no
cte genua flectebat. Uñ sup hoc beatus
Augusti. Omne quodcūq; incohaueris
facere. primo inuoca deū. ⁊ gr̄as age illi.
⁊ cū ꝯsumaueris illud sil̄r fac. Uñ Hie-
ro. Nec cibi añ sumant̃ nisi orone p̄missa
nec recedat̃ a mensa. nisi gr̄e referantur
nec prius corpus gescat nisi pascat̃ aīa.
¶ Scd̄o ponit̃ eius p̄miū qd̄ tāgit̃ dū dr̄
gl̄ificabo eū. De⁹ nanq; eū gl̄ificauit i vi
ta ⁊ in morte ⁊ tandē gl̄ificauit post mor
tē. ¶ In vita siqdē btūs bartho. deū gl̄i
ficauit ⁊ laudauit. ⁊ ip̄e de⁹ eūdē in eius
vita glorificauit multiplr̄. ¶ Prio nāq;
fecit eū magne dignitatis. d̄ cuius digni
tate sic dicit Theodorus Petrus ap̄lus
docet natōes. bartholome⁹ ꝯsequēter p̄
mas iuestigat. Petr⁹ opatus est p̄digia
magna. bartholome⁹ fecit p̄digia mul-
ta. Petrus deorsum capite crucifigit̃. sz
beatus bartholomeus viuus excoriat̃.
Ad quot valet Petrus misteria capescē
da. ad tot sufficit bartholome⁹ penetrā-
da. ¶ Secūdo fuit m̄lte sanctitatis. que
siquidez sanctitas in tribus ⁊ ex tribus
apparet ⁊ ꝯsistit. s. in terrenoꝝ despectō
ne. Unde dicit̃ de eo q̄ ipse sic ait. Ego
nihil terrenū nihilq; carnale desidero.
Probat̃ ēt ip̄ius sanctitas in feruēti ora
tōe. Unde dixit ei demon. Apostole dei
bartholomee incendūt me oratōnes tue.
⁊ in constanti mente. Unde de eo dicit̃.
Semper eodem vultu ⁊ animo letus ⁊
hilaris p̄seuerat. ¶ Tertio fuit potētie
multe. Ipse nanq; dyabolus h3 potenti
am astutiam atq; malitiam. Sed ip̄e ip-
sius dyaboli potentiaz ligauit. Uñ dixit
demon. Deus vester cathenis igneis est

cōstrictus. ⁊ illa hora qua apl's dei bar-
tholomeus tēpluȝ itrauit eius astutiaȝ
detegebat. Fingebat enim dyabolus se
sanare īfirmos quos tñ nō sanabat sub
ueniēdo: sȝ a lesione cessando. Eius ma-
litiā ipediebat: sicut pȝ in filia regis a q̄
diabolū exire coegit. ¶ Quarto fuit ma
gne vtilitatis. De hoc sic dicit theodor⁹
Uide bartholomeū lingue aratro rōna
bilia rura sulcantē. fidei verbū in ꝓfun
do. s. cordis recōdentē padisuȝ ⁊ vineas
dn̄i plātātē: siluas euellere: spinas ipie-
tatis secare: sepes circūponē. Et ifra. sȝ
respuūt egroti medentē: orbi manudu-
centē: naufragiꝫ gubernatorē: mortui vi
uificatoreȝ. ¶ Scd̄o ꝑncipal'r deus ipm
glificauit in morte: ipsius mortē sue assi
milādo. Xp̄s nāq3 fuit expoliat⁹: flagel-
lat⁹: crucifix⁹: ⁊ sic mortu⁹: sic ip̄e fuit fla
gellatus: crucifix⁹: sua pelle expoliat⁹. ⁊
sic idē p capitis obtrūcationē mortuus.
Cant. v. Inuenerūt me custodes qui cir
cuierūt ciuitatē ꝑcusserūt me. s. flagellā-
do: vulnerauerūt crucifigēdo ⁊ decollā
do. tulerūt palliū meū. s. me excoriādo.
¶ Tertio deus eū glificauit post mortē.
⁊ hoc respectu sui ⁊ respectu nr̄i. ¶ Re-
spectu qdē sui quo ad aiaȝ ⁊ quo ad cor
pus. De glia aie sic dicit ipse Theodor⁹
Gaude bartholomee: q mare gressibus
sanctificasti: q terrā purpureā tuo cruo
re fecisti: q ad celū comeasti: vbi i medio
diuine aciei refulgēs in splēdore imar-
cessibilis glie splēdens in exultatiōe io-
cūditatis mirabilis gaudes. Glificauit
ēt deus ipsius corpus. qꝛ sicut dicit ipse
theodorus. de armenia vsq3 ad ptes sici
lie q̈ttuor arcis sanctoꝝ in mari ꝓiectis
ꝑcedentib⁹ arcā beati bartholomei cum
reuerētia deduxerūt. ¶ Scd̄o glificauit
deus eū respectu nr̄i. Et hoc quadrupl'r
¶ Primo qꝛ factus ē aduocat⁹ pctoꝝ: si-
cut ipse cuidā suo deuoto appuit dicēs:
Per multū tp̄s deus nr̄is ꝑctibus ⁊ meri
tis pplo huic pepcit. ¶ Scd̄o qꝛ ipse est
liberator deuotoꝝ sicut pȝ i magro quē
ab isidijs dyaboli liberauit. ¶ Tertio qꝛ
est ꝯdēnator reproboꝝ ꝓut pȝ in federi
co impatore q eiusdē corpus de loco suo
remouere voluit. ¶ Quarto ipse ē repro
bator muneꝝ iniustoꝝ: sicut patet in mu
liere que oleuȝ iniustū acquisitū in lāpa
dem beati bartholomei infundere volu
it: sed tñ illud facere nequiuit.

¶ Sermo. ccxxv. ¶ Eodeȝ die s̄mo. ij.

Extendens celuȝ sicut pelleȝ q tegis aqs supe-
riora eius. p̄s. Inq̄ntū beatus
bartholomeus fuit apl's cōpetit sibi qd̄
d'r celū. Apl'i nāq3 celū vocant'. s'm illud
p̄s. Celi enarrāt gloriā dei. Inq̄ntū autē
ipse fuit excoriatus ꝯpetit sibi illud qd̄
d'r: Extendēs celū sicut pellē. Inq̄ntū ve
ro ipse interp̄tat' filius suspēdēs aquas:
ꝯpetit sibi illud qd̄ d'r: qui tegis aqs su-
periora eius. qd̄ ergo d'r celū: respicit di-
gnitatē apl'icaȝ. qd̄ vero celū d'r extēsuȝ
respicit gen⁹ passiōis. qd̄ aūt d'r: q tegis
aquis supiora eius. respicit interp̄tatōeȝ
nominis. In verbis ergo p̄missis sanct⁹
Bartholomeus a tribus ꝯmendat'. Pri
mo a sublimitate pfectōis ⁊ vite in eo ꝙ
vocat' celū. Dicit aūt Isido. Celū phi ar
dens volubile ⁊ rotundū eē dixerūt. Di
cit' aūt ip̄e celū. qꝛ fuit ardens p charita-
tem succensam. Ex qua charitate quat-
tuor carbones ꝓdierūt. Unum carbonē
iecit ꝯtra dyabolū quo mediante dyabo
lū incendit. ⁊ iste carbo fuit eius oratio
ignita. Unde dixit demon. Apl'e dei bar
tholomee incendūt me orōnes tue. Aliū
aūt carbonē iecit ꝯtra dyabolū q dyabo
lum ligauit q fuerūt ipsius apli merita
gliosa. Un̄ d'r in ipsius legēda. Deus vr̄
cathenis igneis ē ligat⁹ nec respicē nec
loq audet ex illa hora q̄ apl's igressus ē
illuc. sancti. n. viri ex se tot carbōes emit
tunt quot in se ṽtutes hn̄t ⁊ quot opera
feruētia faciūt. ex qb⁹ vnā cathenā cōsti-
tuūt cū q̄ dyabolū ligatū tenēt. ¶ Terti
um carbonē direxit ⁊ destinauit ad deū
q ipsi deo odorem facit. ⁊ iste carbo fuit
eius caro ꝯcremata. Gene. viij. Edifica-
uit noe altare dn̄o. ⁊ infra odorē suaui-
tatis odorat⁹ ē dn̄s. ¶ Quartū aūt car-
bonē direxit ad ꝓximū quo ꝓximum ad
dei amorē iflāmauit. ⁊ iste carbo fuit ip-
sius p̄dicatio ignita. Theodorus. Gau-
deas Bartholomee sol orbis terre cūcta
illuminās os dei lingua ignita sapiaȝ ꝓ
mēs fons vite sanitates emanās. ¶ Se-

cũdo ip̃e dr celũ qr ip̃e fuit mobilis ⁊ vo
lubilis p opatiõem sollicitã. Ip̃e nãqȝ tã
sollicitus fuit ꝙ tres ꝓuincias pagrauit
sicut dicit Theodorus. s. licaoniã. indiã
⁊ armeniã. Nec mirꝫ si tã volubilis ⁊ sol
licitus fuit. qr fuit tota dei nubes ꝺi ple
nus sapia dei. ⁊ plenus feruore dei. Fuit
etenim nubes dei Isa. lx. Qui sunt isti q
vt nubes volant. Et iõ terrã ẽt fecundi
us irrigauit. Sol nanqȝ virtute sui calo
ris illud ꝙ subtile est in aquis vaporabi
liter extrahit ⁊ in nubes ꝯdensat Sic ẽt
xp̃s iesus qui est sol iustitie ex calore ⁊ v̾
tute sui amoris oẽm humanũ affectuȝ q
in apl̃is erat. ad se p desideria attrahe-
bat ⁊ in nubes ꝯdensat. Beatus nanqȝ
apl̃us fuit ẽt tam volubilis ⁊ taȝ velox
qr fuit rota dei. Ezechi. x. Rotas illas vo
cauit volubiles. Iõ aũt rote sic sunt vo-
lubiles qr nõ tangũt terrã nisi in pũcto.
Sic ip̃e Bartholomeus adeo velox erat
ꝙ terrenis in pũcto. i. necessitatis arti-
culo adherebat. i. Timo. vi. Habẽtes vi-
ctum ⁊ qbus tegamur his ꝯtenti simus.
Fuit ẽt Beatus Bartholomeus tam mo
bilis ⁊ tã velox qr fuit plenus sapia. Nã
sicut dr Sap̃. vij. Oibus mobilibus mo-
bilior est sapia. qr quos replet mobiles.
hos ⁊ veloces facit. Fuit ẽt tam velox qr
fuit plenus zelo dei. Uidebat nãqȝ mũ-
dum eẽ tenebrosum ac esse insipidũ. ⁊ ẽt
videbat mũdũ esse incultũ. ⁊ iõ p ip̃m ve
lociter discurrebat. Uñ Btũs Theodo-
rus Bartholomeus vero famulus dei p
git p mũdũ velut lux vt tenebrosos illu
minaret: tãquã sol vt isipidas gẽtes sali
ret: tãquã agricola vt spũalẽ culturã pfi
ceret. ¶ Tertio pricipal̃r dr celũ: qr fuit
rotũdus p finalẽ pseuerãtiã. Forma nã-
qȝ spica vt hẽtur ab Ari. prio ⁊ scd̃o celi
fine caret. Nõ eiȝ potuit ꝓmissis emolli-
ri. Uñ cũ rex camelos oneratos auro et
argẽto ⁊ lapidibꝰ pciosis sibi dare velleȝ
ip̃e rñdit. Nihil terrenũ nihil carnale de
sidero: nec ẽt potuit minis deterreri. vñ
cũ rex dicẽt sibi. Tu es q auertisti fratrẽ
meũ. Ille rñdit audact̃. Ego v̾o nõ euer
ti eũ: sȝ potiꝰ ꝯuerti. Etiã ñ potuit sup-
plicijs supari. Lȝ. n. ip̃e fuerit flagellatꝰ
crucifixꝰ: excoriatꝰ: ⁊ decollatꝰ: tñ in dei
amore semp pmãsit inuictꝰ. ¶ Scd̃o cõ-
mẽdat̃ a qualitate passiõis ⁊ pene cũ dr:
Extẽdẽs celũ sicut pellẽ. Fuit. n. excoria
tus ⁊ pelle sui corpis denudatꝰ ⁊ decol-
latus. tñ in dei amore semp mãsit iuictꝰ.
Hoc significatũ ẽ Leuit. i. vbi dr: Detra
cta pelle hostie artus i frustra cõcidẽt
⁊ subijciẽt in altari ignẽ strue lignoꝝ aũ
ꝯposita itestinis pedibꝰ lotis aqua. adõ
lebitqȝ ea sacerdos sup altare in holo-
caustũ ⁊ suauẽ odorẽ dño. Ista hostia ꝺi
fuit Bartholomeꝰ: cui fuit pellis detra
cta. qñ. s. ip̃e fuit excoriatꝰ. Fuerũt ẽt ar
tus in frustra cõcisi qñ ip̃e fuit crucifixꝰ
⁊ decapitatus. Fuerũt ẽt ip̃ius intestina
⁊ pedes loti: qr affectões eius fuer̃t emũ
date ab oi terrena cõcupiscẽtia ⁊ cupidi
tate ex diuino sermone. Io. xv. Iã vos mũ
di estis pp sermonẽ quẽ locutꝰ sum vo-
bis. ⁊ ex spũ scõ a quo ⁊ p quem ip̃e fuit
mũdatus. vt de hoc legit̃ ⁊ habet̃ Act̃. i.
Uos aũt baptizabimi spũ scõ. Fuerunt
ẽt ip̃ius apl̃i affectões mũdate i sanguie
fuso. Apoc. vij. Lauerũt stolas suas ⁊ de
albauerũt eas i sanguie agni. Circa istã
hostiã posita ẽ strues lignoꝝ. nã ⁊ intus
i aia hũit ligna desiderioꝝ sanctoꝝ: ⁊ ab
extra ligna bonoꝝ operũ. Deinde subie
ctus ẽ ignis et ignis amoris in mente. et
ignis passiois in corpore. ⁊ sic holocau-
stũ extitit: qr totus intẽsus fuit eius ani-
mus p amorẽ. ⁊ corpꝰ eius succẽsuȝ fuit
p passionẽ. verba p celi ardorẽ. eiusque
opa p feruorẽ. Et sic odorẽ suauitatis fe
cit dño. Fecit eiȝ odorẽ suauẽ per odori
ferã famã. suauiorẽ: p sincerã ꝯsciaȝ. sua
uissimuȝ odorem per spontaneã penã.
¶ Tertio cõmẽdat̃ a ꝓfunditate diuie
sapiẽtie. cũ dr: Qui regis aquis supiora
eius. Supiora aie sunt rõalis. cõcupisci
bilis: ⁊ irascibilis. Fuit eiu recta ⁊ reple
ta eius rõalis aquis diuine sapiẽtie. Ec-
cle. xv. Aqua sapiẽtie salutaris potauit
illũ. Fuit eius cõcupiscibilis repleta aq̃
diuine gr̃e. ysa. xliiij. Effundaȝ aquã su-
per sitientem. Fuit eius irascibilis reple
ta aquis emulationis feruide. Can. iiij.
Fons hortorum puteus aquarum vi-
uentium: que fluunt impetu de liba-
no. ¶ Nam sicut dicitur de sanctis
animalibus. Ezech. primo. Ubi erat
impetus spiritus illuc gradiebantur.

¶ Sermo.ccxxvi. ¶ Eodē die.ſmo.iij.

OXtendens celuʒ
ſicut pelleʒ. ¶ Iſtud verbuʒ
multiplicem hʒ intellectum.
¶ Primo eiʒ dr̄ celū extēſuʒ ſicut pellis
ad ſcribēdū. Sicut.n.hō pellem extēdit
vt in ea ſcribat: ſic ipſe deus celū exten-
dit vt in eo ſcribat noīa electoꝝ. Luc.x.
Gaudete ꝙ noīa veſtra ſcripta ſūt in ce-
lis. ¶ Scđo ad ihabitādū. Sicut.n.hō
de pellib⁹ facit tētoriū: ſic deus i celo hʒ
ſuū hitaculū. Uñ alia trāſlatio hʒ exten
dēs celū ſicut camerā. Uñ celū dr̄ q̄ſi ca
ſa heloys.i.dei. Job.xxxvi. Extendit q̄ſi
nubē tētoriū ſuū. ¶ Tertio ad circūdā-
dū. Sicut.n.pellis totū corp⁹ circūdat:
⁊ nihil ē qđ ñ ſit circūdatū pelle. ſicut ſʒ
Dam̄. Celū ēpireū ꝯtinet oēs creaturas
⁊ nihil eſt creatum qđ nō ſit ifra celum.
¶ Quarto ad tegēduʒ. Eſt.n.celū q̄ſi te
ctū orbis t̄raꝝ. Uñ dr̄ ibidē: Celuʒ q̄ſi te
ctū mūdi extēdit deus. Facit nāqʒ aplū
firmamētū vt tegat orbē t̄raꝝ. Et ſubdit
gl. Et hoc ſine pelle.i.ſine labore: ſʒ tā fa
cilr̄ ſic̄ pellē. ¶ Quito ad alliciēdū. Si-
cut.n.pellipart⁹ pellē pulchrā corā ēpto
re extēdit atqʒ expōit: vt.ſ.ipʒ ēptorē al-
liciat ad emēdū. Sic de⁹ firmamtū ſyde
rib⁹ depictū extēdit: vt alliciat ad ꝯſide
rādū. ¶ Sexto ad ꝯmēſurādū: q̄ſi dicat
Quātuʒ hō corā deo ſuā pellē: tm̄ de⁹ ex
tēdit hoī celū ſuuʒ. Oīb⁹ his modis bt̄s
Bartholome⁹ ſicut pellis fuit extenſus.
uerso homo mortuus ē mūdo: sed tamē mūdus adhuc viuit homini quādo hō s. mūdū mente fugit. ⁊ tñ mūdus ipsuꝫ occupatiōibus astringit. Gre. Plerunqꝫ ꝯtingit vt homo mūdū mente non teneat: sed tñ mūdus hoiem occupationibꝰ astringit. Ipe tunc mūdo mortuus: sꝫ ei mundus mortuus nō ē. Quādoqꝫ vero mūdus hoi mortuus ē. ⁊ homo mortuꝰ ē mundo: quādo. s. homo mūdus nō diligit. ⁊ ipse mundus hoiem fauoribꝰ nō extollit. Talis erat apl's cū dixit: Mihi mundus crucifixus est. ⁊ ego mūdo ⁊c. Grego. Cum quis in amore mundū non retinet. nec rursus ab amore mundi retinet vicissim sibi vtriqꝫ extincti sunt: qꝛ dum alter alterū non appetit quasi mortuus mortuum non attendit.

¶ Sermo. ccxliij. ¶ De eodē. sermo. iij.

Christus factus ē ꝓ nobis obediens vsqꝫ ad mortē: mortē āt crucis. Philip. ij. Qnia vt inquit phs opposita: iuxta se posita magis eluscescūt: ideo apostolus ponit xp̄i hūilitatē. Est eniꝫ quedam gēma prefulgida ip̄a humilitas in honore: ⁊ honor in humilitate. In p̄missis ergo verbis duo tangunt. s. genꝰ passionis cū dr: mortē aūt crucis. ⁊ triūphꝰ exaltationis. cū subdit: ꝓpt quod deus exaltauit illū ⁊c. ¶ Circa primū notādū ē ꝙ cōueniens fuit ꝙ xp̄s mortēꝫ crucis sustineret. ⁊ hoc quintuplici rōe. ¶ Primo vt nullū genus mortis scis timendū eē doceret. Est eim quoddā genꝰ mortis qꝺ ē valde dolorosum ⁊ nō ignominiosum. sicut decappitatio. quoddaꝫ econuerso sicut patibuli suspensio. quoddā ē dolorosum ⁊ ignominiosum: sicut crucifixio que ē ignominiosa: qꝛ erat supplicium latronū. ē dolorosa: qꝛ fit in locis neruosis in quibus maior dolor sentit. Uoluit igit hoc genus mortis sustinere vt doceret nullum genus mortis christi fidelibus eē timendū quātūcūqꝫ fuerit dolorosum: ignominiosum: vel vtroqꝫ mō eē videret. ¶ Secundo vt mala ade restitueret. Adam enim ad lignū manū extendens quatuor peccata cōmisit scꝫ pctm auaritie in eo ꝙ imoderatā scientiaꝫ appetiuit. Supbie in eo ꝙ dei equalitatem cōcupiuit. Inobedientie i eo ꝙ dei p̄cepta cōtempsit. Gule in hoc ꝙ vetitum pomū mādu cauit: Iō xp̄s manū in ligno extendens satisfecit per liberalitatem: per humilitatē: per obedientiā ⁊ per asperitatē. Phil. ij. Non rapinam arbitratus ē eē se equalem deo. ecce quāta liberalitas. diuinitatē eim non auare rapuit sed liberalit eam nobis impendit. Formā serui accipiens. ecce quanta humilitas. Factus obediēs vsqꝫ ad mortem. ecce quāta obediētia. Mortē auteꝫ crucis. ecce ꝙ dura ⁊ amara pena. Tertio vt elemēta scificaret ⁊ mūdaret. Sanctificauerat eim xp̄s terrā sup eā longo tp̄e ambulādo. Aquaꝫ se in ea baptizari faciēdo ⁊ super mare gradiēdo. Ignem scificaturus erat spūm sanctuꝫ in specie ignis transmittēdo. Nō restabat nisi vt scificaret aerē non sub tecto: sed in aere moriendo. ¶ Quarto vt ascensum in celū nobis prepararet. Hō qdē ceciderat sꝫ ad celū resurgere nō valebat: qꝛ deo satisfacere nō poterat. Hō eim satisfacē debebat: sed nō poterat. Angelus ṽo satisfacere non debebat: nec poterat. Deꝰ purus poterat: sed nō debebat. iō factus ē deus hō: vt possꝫ inquātū deus. ⁊ deberet inquātū hō. Sed si iste mediator semper stetissꝫ in celo. nimis fuissꝫ in loco alto. si semp in terra: nimis in loco īfimo. iō in loco medio. i. in aere se ponē volebat. vt hoiem qui i terra erat assumeret ⁊ vsqꝫ ad celū exaltaret. Io. xij. Si exaltatus fuero a t'ra: oīa trahā ad me. Quinto vt vniuersalē saluationem ondēret. Erat nāqꝫ deus recōciliādus. īfernꝰ cōculcandus. ppl's gētilis attrahendus. ⁊ ppl's iudeoꝝ reprobādus. Iō per mortē crucis voluit mori vt p caput sursuꝫ deū recōciliaret. p pedes deorsum inferos cōculcaret. per manū dexterā ad aqlonēꝫ extēsam gētes in frigore īfidelitatis positas attraheret. ⁊ per manū sinistraꝫ ad austrum expāsam pplm iudeoꝝ in qbꝰ aliqñ calor fidei vigē cōsueuerat reprobaret. ¶ Scđo ponit triūphꝰ exaltationis. Et ista exaltatio attēdi pōt quātum ād crucē. ⁊ quātū ad illū q pepēdit i cruce. ¶ Crux siquidē exaltata ē i celo: quia

ianuã celestẽ reserauit. Hoc significatuz
ẽ Hester. iiij. Quia cũ nullus palatiũ re
gis intrare ausus eẽt. virga regis aurea
ipz introduxit. In inferno: qz ipm spo
liauit. Geñ. xxxij. In baculo meo transi
ui iordanẽ istũ ⁊ nũc cũ duabus turmis
regredior. Due turme fuerunt oẽs scti
qui fuerũt ante legẽ. ⁊ sub lege. vel vna
turma fuit angelorũ: ⁊ alia hoium. Exal
tata ẽ etiã i mũdo: ⁊ hoc tripliciẽ. ⁋ Pri
mo qz ponitẽ in locis eminẽtibus eccle
siarũ. ⁋ Habemus etenĩz memoriale pas
sionis vnũ in visu qd ẽ passio xpi in ima
ginibus figurata. ⁋ Aliud in auditu
qd ẽ ipa passio xpi predicata. ⁋ Tertiuz
in gustu qd est xpi passio in sacramento
altaris tã signãter expressa. ⁋ Secundo
ĩprimitẽ in frontibus fideliũ. Hoc signifi
catũ ẽ Exo. xij. Ubi sanguis agni iubetẽ
poni in supliminari: ⁊ in vtroqz poste.
Superluminare ẽ frons: sed duo postes
sunt corpus ⁊ cor. Debet aũt memoria
crucifixi eẽ in fronte per ipressionẽ. i cor
pore per mortificationẽ. ⁊ in corde p fre
quẽtem recordationẽ. ⁋ Tertio p mira
culorũ opationẽ. put pz in inuẽtõe ⁊ exal
tatione crucis. vbi per virtutẽ sctẽ cru
cis multa miracula sunt extẽsa. Exalta
bitur aũt in iudicio: qz supra solis radiũ
tunc lucebit. Chry. Sol obscurabitẽ. ⁊ lu
na nõ dabit lumen suum: vt discas: qm
crux ẽ luna lucidior. ⁊ sole erit clarior.
¶ Secũdo ista exaltatio attẽditẽ quãtuz
ad illũ qui in cruce pepẽdit. Qui qũidẽ
descẽderat ⁊ se humiliauerat quantum
ad quattuor. s. quãtũ ad mortis suppli
cium cuius ipe nõ erat. quãtũ ad locum:
qz corpus positũ fuit in sepulchro ⁊ eius
aĩa fuit posita in libo. cũ vtrũqz debuis
set eẽ in celo. quãtũ ad multiplex obpro
brium qd a iudeis sepius audiuit: cũ tñ
laudes ⁊ grãrũ actiones potius audire
debuisset. quãtũ ad humane ptãtis sub
iectionẽ: qz traditus ẽ humane potesta
ti cũ ipse in manu hẽret oium potesta
tes. Quia igitẽ xps sic descẽderat. idõ per
crucẽ meruit exaltari. ¶ Primo quãtuz
ad gloriosaz resurrectionẽ. vt qui se hu
miliauerat vsqz ad suppliciũ mortis glo
riam indueret gliose resurrectõis. ⁋ Se
cũdo quãtũ ad mirabilẽ ascensionem: vt
qui se humiliauerat vsqz ad sepulchrũ ⁊
ad limbũ: exaltaretẽ vsqz ad celũ. ⁋ Ter
tio quãtũ ad paterne dextere sessionem:
vt qui descẽderat vsqz ad obprobria ex
probrantiũ exaltaretẽ vsqz ad dextere pa
terne fastigiũ. ⁋ Quarto quãtũ ad iudi
ciariã ptãtem. vt qui humane ptãti fue
rat subiectus. ⁊ iniuste iudicatus: oium
iudex sit effectus.

¶ Sermo. ccxliij. ¶ De eodem. Sermo
quartus.

SI exaltatus fue
ro a terra oia trahã ad meipm
Joã. xij. ¶ In his verbis duo
tangunẽ. ⁋ Primũ ẽ sublimitas crucis.
cũ dr: Si exaltatus fuero a terra. ⁋ Se
cũdum ẽ vtilitas passionis. cũ subditur
oia trahã ad meipsum. ¶ Circa primuz
ẽ notandũ q ipa crux fuit multipliciter
exaltata. ⁋ Primũ vt eẽt ecclesie cande
labrum. Luc. xi. Nemo accẽdit lucernã.
Chry. Lucerna vniuersalis ẽ eccla: cãde
labrum crucis ẽ lignũ: lucerna diuia sa
pientia icarnata. Lucerna igitẽ in cande
labro exñs: xps ẽ pendens i cruce. ⁋ Se
cũdo vt eẽt nauis eccle malũ. Chry. Na
uigat eccla instructa fidei gubernacu
lo felici cursu per huius seculi mare ha
bens deũ gubernatorẽ. ãgelos remiges
portus choros oium sanctorũ. erecta in
medio ipa salutari arbore crucis in qua
euãgelice fidei vela suspendens spũ scõ
flante. ad portũ paradisi deducitẽ. ⁋ Ter
tio vt eẽt soliũ iudicis. Leo papa: O ad
mirabilis potẽtia crucis. o ieffabilis glo
ria passiõis in qua ⁊ tribunal dñi ⁊ iudi
cium mũdi ⁊ ptãs ẽ crucifixi. Isto autez
solio xps iudicia sua exercuit. ⁊ ius suũ
oibus dedit. Amb. Auctor humani gene
ris in cruce existens pietatis officia di
uidebat. psecutionẽ apostolis. pacez di
scipulis. corpus iudeis. pñi spũm. virgi
gini paranymphũ. latroni paradisum.
peccatoribus ifernũ. xpianis penitenti
bus crucem cõmendauit. ¶ Quarto vt
eẽt cathedra magistralis. Augusti. Li
gnũ i quo fixa fuerũt mẽbra moriẽtis: ẽt
cathedra fuit xpi docẽtis. Docuit ãt ibi
tres lectões que significantẽ p titulũ ibi
positũ. Docet eim pctõres q sperẽt. ⁊ sic

miter cõfidãt p crucẽ saluari. Jõ dr: Jesus.i.saluator. Docet bonos vt p crucez sperẽt virtutibus adornari. Jõ dr: nazarenꝰ.i.floridus. Docet beatos vt p crucẽ sciant se in celestibus coronari. ideo dr rex iudeoꝝ. ¶ Secũdo ponit vtilitas siue efficacia passiõis. cũ dr. oĩa traham ad meipm. Jsta autẽ tractio tribꝰ mõis põt intelligi. ¶ Prio vt dicat nos trahere per multiplicẽ efficaciaz sue virtutis Sũt nãqz quattuor que cõiter a trahere dicunt.s.simile.vacuũ.calidũ. ⁊ quedã naturales ꝓprietates rerũ. Christus aũt nos attrahit p simile nr̃e mortalitatis Heb.ij. Debuit aũt per oĩa fratribꝰ assimilari ⁊c̃. Per vacuũ sue pauptatis. ij. Coꝝ.viij. Scitis grãm dñi nostri Jesu xp̃i: qm̃ pp nos egenus factus ẽ ⁊c̃. Per calidũ charitatis. Joan.xv. Maiorem hac dilectionẽ nemo hz ⁊c̃. Per ꝓpriuz pietatis: qr ei ẽ ꝓpriuz semp misereri et pcere. Sicut enim adamas naturaliter attrahit ferrũ. sic ⁊ xp̃i pietas ad se trahit oẽ cor durũ. ¶ Secũdo vt ipe dicat nos trahere p dispõnem sui corporis in cruce existẽtis. Et hoc quadruplicit̃ ſm Berñ.s.per capitis inclinationez. sicut vnus amicus attrahit alium. vt det sibi osculũ. Cañ.viij. Quis mihi det te frẽm meũ ⁊c̃. Per bracchioꝝ apertionem. sicut mat̃ attrahit filiũ. ysa.xlix. Nũquid mulier obliuisci põt ĩfantẽ suũ ⁊c̃. Per manuũ pforationẽ: sicut liberalis attrahit egenũ. Christus nãqz manus perforatas habuit: qr nihil sibi retinuit: sz animã dedit pr̃i. corpus ioseph. ecclesiã petro. mr̃em ioãni. paradisum latroni. et vestes crucifixori. Per lateris apertõez. sicut foramẽ attrahit ad se columbã ad abscondẽdũ. Cañ.ij. Surge ꝓpera amica mea: ⁊ veni in foraminibus petre. in cauerna macerie. ¶ Tertio vt dicat nos trahere per efficaciam sui sanguinis. ¶ Circa quod notandũ ꝙ homo erat a deo elongatus. frigore nimio repletus. amaricatus in carceribus ⁊ induratus ¶ Sanguis autem xp̃i habet virtutẽ reuocatiuam per quam reuocat elõgatos. Sicut enim illi qui reuocant aues arborem ascendũt ⁊ ad ipsam sibilant. Sic ⁊ xp̃s arborem crucis ascẽdẽs reclamauit

verbis. Luce.xxiij. Pater ignosce illis. Clamauit etiam lachrymis. Heb. v. Cũ clamore valido ⁊ lachrymis offerens exauditus est. Clamauit etiaz sanguie. Gene.iiij. Uox sanguis fratris tui abel clamat ad me de terra. Threñ. i. O vos omnes qui transitis per viam ⁊c̃. ¶ Secundo habet virtutem calefactiuaz per quam calefacit frigidos hoc significatũ est.i. Mach.vi. vbi dr ꝙ elephantis ostẽdebant sanguinem vue ⁊ mori ad inflãmandum eos ad preliũ. Fructus mori ſm Ambro. primo est albus: postea est rubeus: postea est niger. Sic xp̃s primo fuit albus.i.inocens ⁊ purus in tota sua cõuersatione. rubeus in cruce. ⁊ niger ĩ morte. ¶ Tertio habuit virtutem dulcoratiuam per quam dulcorabat amaricatos. hoc significatum est Exod. xv. vbi dicitur ꝙ lignum in aquas amaras ĩmissum eas dulcorauit: quia memoria crucis omnes tribulationes in dulcedinem conuertit. Bernard. Tua dulcedo stephano lapides torrentes dulcorauit craticulam laurentio dulcem fecit: pro tua dulcedine ibant apostoli gaudẽtes a conspectu cõcilij ⁊c̃. Dicitur ꝙ si vas cere noue viridisqz clausum ponatur ĩ aqua: aqua que per poros ingredit̃ dulcis efficitur. Jstud vas cere noue clausum fuit corpus christi quod ⁊ fuit cere nuz scilz d ape idest virgine natus. ⁊ nouum: quia nulla vetustate infectuz. ⁊ clausum: quia nulli tentationi paruiuz. Pori autem eius sunt vulnera in que si tribulationes imittuntur in dulcedinem conuertũtur. Grego. Si christi passio ad memoriaz reducitur nihil adeo durum quod non equo animo toleret̃. ¶ Quarto habet virtutez reseruatiuaz. per quã eduxit incarceratos in limbo positos. Zacha.ix. Tu quoqz in sanguie testamẽti tui emisisti victos tuos de lacu ĩ quo non erat aqua. ¶ Unde in historijs legitur ꝙ Salomon habebat structionẽ habentem pullum quem cuz in cauea vitrea inclusisset ⁊ pater illum habere nõ possz: vermez de deserto attulit de cuiꝰ sanguine vitruz liniuit: ⁊ protinus confractum fuit. ¶ Jsta cauea est infernalis cauerna: in qua inclusus erat pul-

lus.i.oīum scōrum cetus. Sed venit ver
misculus.i.xp̄s.qui dixit in p̄s. Ego sum
vermis ⁊ nō homo ⁊c̄. Et cū sanguie suo
infernū fregit.⁊ sanctos qui ibi erāt edu
xit.p̄s. Contriuit por.ere.⁊c̄. Osee. xiij.
Ero mors tua ⁊c̄. Dicit aūt xp̄s vermis.
q: vermis generat ex humore terre vir-
tute caloris solaris. Et sicut vermis p̄rē
hꝫ in celis ⁊ mr̄em in terris sic xp̄s habꝫ
in celis p̄rem suū sine matre. i terris ma
trem sine patre. ¶ Quinto hꝫ virtutem
mollificatiuā p quam emollit ⁊ frangit
induratos. Unde dr̄. Numeri.xx. quod
Moyses virga bis silicē pcussit.⁊ inde
aque largissime emanauerunt. q: multi
q saxei videbant sepe ad memoriam cru
cis dn̄ice ad lachrymas ꝯmouent. Sa-
xum quādoqꝫ frangit ferro. aliqn̄ igne
supposito Est ēt quoddā genus lapidis
quod adamas dr̄ qui tm̄ frangit sangui
ne hircino. Sunt ergo qdam qui ad pēi
tentiā frangunt timore diuine potentie.
isti frangunt ferro. Quidam amore di-
uine gratie.isti frangunt igne. Quidaꝫ
recordatōe passionis dominice.isti fran
gunt sanguine.

¶ Sermo.ccxliiij. ¶ De sctō Mattheo
apostolo sermo.i.

Hyerusalem euangeli
stam da-
bo Jsaie.xli.ad hoc ꝙ aliqō
donū sit gratū tria reqrunt
Unuꝫ ex pte dantis.ꝙ.s.det liberaliter.
¶ Secundū ex pte illius cui fit donatio
s.ꝙ sit dignus ipm recipere. ¶ Tertiuꝫ
ex pte ipsius doni.ꝙ sit p̄tiosum ⁊ vtile.
Jsta tria tangunt in verbis p̄missis. Pri
mo ex pte dei tangit magna liberalitas
cū dr̄. dabo. Jaco.i. Siqs vr̄um indiget
sapia postulet a deo q dat oibus affluen
ter. Deus.n.tria opa fecit in qbus valde
liberalis fuit. ¶ Primū fuit op⁹ creatio
nis in quo tā liberalis extitit ꝙ celum ⁊
terrā solē ⁊ lunam stellas ⁊ oia astra celi
creauit vt mireris ⁊ diligas creatorē co
rum ⁊ ne error deceptus adores ea que
creauit dn̄s deus tuus in ministeriū cū-
ctis gentibus. ¶ Scdm est opus redem-
ptōis vbi fuit liberalior p̄s. Apud dn̄m
misericordia ⁊ copiosa apud eū redem-
ptio. Bernardus. Uere copiosa quia nō
gutta sanguinis sed vnda fluminis lar-
git per qnqꝫ partes corporis emanauit.
¶ Tertiū est opus glorificatōnis vbi est
liberalissimus.i. Cor.ij. Quod oculus
nō vidit, nec auris audiuit. nec in cor ho
minis ascendit ⁊c̄. ¶ Secundo notat ex
pte illius cui fit dōatio magna dignitas
cū dr̄. hyerusalē. Per hyerlm que inter-
pretat visio pacis. ecclesia intelligit. Dic
aūt Augu. in lib. de ordine. Uidebit deū
q bene viuit. bene oret ⁊ bn̄ studet. Jsta
aūt visio pōt intelligi vel in p̄nti vel i fu
turo. Jn p̄nti qdem deus cognoscit i di
uinis mandatis.⁊ hoc est qd dicit. vide-
bit deū q bene viuit. p̄s. A mādatis tuis
intellexi. Jn oronibus deuotis vn̄ subdi
tur. qui bene orat. ij. Paral.xx. Cū igno-
remus qd agere debemus. hoc solū resi-
duū hēmus. vt oculos nr̄os dirigamus
ad te. Jn diuinis scripturis. vn̄ subdit.
qui bn̄ studet. p̄s. Lucerna pedib⁹ meis
verbū tuū ⁊c̄. Uel pōt intelligi de visiōe
que erit in pria ex qua causabit in homi
ne sūma dilectio ex eo ꝙ bn̄ vixit. pfecta
fruitio ex eo ꝙ bn̄ orauit. pfecta cognitō
ex eo ꝙ bene studuit. Jsai.lx. Tunc vide
bis. ecce cognitio. Et afflues. ecce fruitō
Et mirabit ⁊ dilatabit cor tuū. ecce dile-
ctio. ¶ Beatus igit Mattheus bn̄ vixit
q: vixit obedienter quo ad deū q: statim
vt xp̄s eū vocauit sibi obediuit. Sinceri
ter quo ad seipm q: nihil terrenū posside
re voluit. sed oia dereliquit. Patienter
quo ad malos; q: cū murmurarēt ꝙ xp̄s
ad peccatorē diuertisset ipe nullū ipatiē
ter verbū dixit. Humilr quo ad bonos.
publicanū humilr se appellans. ¶ Jpe
ēt bn̄ orauit. Act.i. Hi oēs erant pseuerā
tes vnanimiter in orone cū mulieribus
⁊ Maria matre iesu. Eius.n. oratio fuit
charitatiua. iō dr̄ vnanimit. fuit pseue-
rantissima. idcirco dr̄. pseuerantes. attē-
tissima. q: orabat cuꝫ mr̄e gr̄e. ⁊ efficacis-
sima. q: orauit cum matre misericordie.
¶ Jpe etiam bene studuit ⁊ in tm̄ pfecit
ꝙ librꝫ plenū diuina gr̄a compilauit. Et
q: sic bene vixit. bn̄ orauit ⁊ bene studuit
Jdeo modo accipere pmeruit pfcām di
lectōem rōne vite scē. fruitōem rōne ora-
tōnis deuote ⁊ cognitōem rōne studij ⁊
diuine sapie. ¶ Tertio ex pte dōi notat

magna dignitas ꝛ p̄ciositas. Ista autem
p̄ciositas attendit ex parte illius q scri-
psit ꝛ ex pte euangeliuz qd̄ scripsit. Ille
enim qui scripsit. s. Mattheus fuit i for-
ma hominis p̄figuratus a xp̄o imediate
edoctus. ꝛ a virgine gloriosa in spālem
familiaritatē assumptus. ¶ Fuit. n. p̄fi-
guratus in specie hois. qꝛ homo ē aimal
rōnale mortale. Ante vero incarnatōem
deus erat spūs. Joan. iiij. Spūs ē deus.
sed nr̄am mortalitatē suscipiens factus
est animal rōnale mortale. qd̄ fuerit aial
appuit in incarnatōe ꝙ fuerit rōalis. ap
paruit in p̄dicatōe. ꝙ fuerit mortalis ap
paruit in passione. Mattheus autez in
principio sui euangelij ostendit xp̄i icar
natōem. in medio p̄dicatōez ꝛ i fine pas-
sioné. ¶ Secūdo btus Mattheus fuit
p xp̄m imediate edoctus. Joā. v. Omnia
quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci
vobis. q ꝛ omnia miracula xp̄i vidit. Et
qꝛ euangeliste sunt testes xp̄i ꝛ testimoni
um aliqñ fert de visu. aliqñ ꝺ auditu. Jō
xp̄s duo testes de visu habere voluit. sci-
licet Mattheū ꝛ Joannem. ꝛ duo testes
habere voluit ꝺ auditu. s. Marcū ꝛ Lu
cam. ¶ Tertio Beatus Mattheus fuit
a virgine Maria in spālé familiaritatez
assumptus. Fuit. n. btē virginis notari⁹
qꝛ suam genealogiā descripsit. Secreta-
rius qꝛ multa maxime in principio po-
suit que nō nisi ab ip̄a scire potuit. Cubi
cularius qꝛ eius cubiculū imaculatum
fuisse docuit dicens Matthei. i. Añquā
ꝯuenirent. inuenta est in vtero habens
de spū scō. Euangeliū etiam quod scri-
psit fuit valde sublime ꝛ p̄ciosum. quod
pꝫ ex tribus. ¶ Primo qꝛ fuit a Beato
Marco abbreuiatū. Joānes nō habuit
abbreuiatorem. quia ait de xp̄i diuinita-
te. que abbreuiari nō pōt. Lucas etiā nō
habuit nec Marcus. Matthe⁹ vero ha
buit. Cuius ratōem assignat Aug. dicés
Mattheus scripsisse legit incarnatiōem
domini ꝰm stirpem regiā. Lucas ꝟo ꝰm
sacerdotalem Et ideo Lucas nō habuit
abbreuiatorem. Mattheus aūt habuit.
quia regis est nō esse sine comitū obsequio
sacerdos autem in sancta scōꝝ solus in
trabat. ¶ Secūdo qꝛ fuit a Barnaba in
magna reuerentia habitū qui ip̄m euan
gelium secū portabat ꝛ sup infirmos po
nebat. ꝛ secum in sepulchro poni māda
uit. Ideo aūt secum portabat vt ab om-
nibus malis ꝓtegeret. ideo super infir-
mos ponebat vt sanarent ꝛ idcirco secū
sepeliri voluit vt securius moreret. Ter
tio fuit ab ecclesia valde approbatū. Ec
clesia enīz valde frequent recitare solet
euangelia Matthei. epistolas Pauli. ꝛ
Dauid psalmos. ne aliquis desperet quo-
cunqꝫ genere peccati peccet. ¶ Oē enim
peccatū aut ꝯmittit ex infirmitate hūa-
na. ꝛ isto modo peccauit Mattheus. pe-
cunias enim augere ꝓcedit ex humana
infirmitate. Aut ex ignorantia. ꝛ isto mo
do peccauit Paulus. i. Timoth. i. Igno
rans feci in icredulitate. Aut ex malitia
ꝛ isto modo peccauit Dauid qui homici
diuz ꝛ adulteriū ppetrauit. ¶ Oē etiam
peccatū. aut est in deū sicut peccatū per-
fidie ꝛ isto modo peccauit Paulus. Aut
est in ꝓximū sicut homicidiū. ꝛ isto mō
peccauit Dauid. Aut in seip̄um sicut cu
piditas rex. ꝛ isto modo peccauit Mat
theus. ¶ Omne etiā peccatū. aut ꝓcedit
ex calore ꝯcupiscentie. ꝛ isto modo pec-
cauit Dauid qui adulterium ꝯmisit. aut
ex auaritia. ꝛ isto modo peccauit Mat
theus qui fuit auaritiā secutus aut ex su
perbia. ꝛ isto modo peccauit Paulus q
supbe in scōs p̄secutōnem exercuit.

¶ Sermo. ccxlv. ¶ De eodez Sermo se
cundus.

OPus fac euangeliste. ij.
Timo. iiij. Opus
euangeliste est euangeliū pre
dicare. Uel scribere. Uel ꝰm
euangeliū viuere. isto triplici modo bea
tus Mattheus opus euangeliste fecit.
¶ Primo quia euangeliū p̄dicauit. Pre
dicauit autem sapiēter. quia sicut i legē
da habet omnia figmenta demonū dete
gebat. Dyabolus naqꝫ aliquādo suadet
aperte malum. ꝛ tūc necessaria est resistē
tia. Aliquādo quod videt bonum esse. ꝛ
tunc necessaria est sapientia. Aliquādo
illud quod videt esse pplexum. ꝛ tūc ne
cessaria ē discretio ꝓuida. ¶ Subdebat
dyabolus aperte malū. quādo magi vo
lebant se facere adorari. ꝛ ideo duos dra
cones ignem spirantes miserūt. Sꝫ illō

vicit per resistentiá. q constáter restitit. ⁊ signo crucis dracones fugauit. ¶ Dei de suasit dyabolus apparẽs bonũ. sicut quádo sacerdotes idolo sibi voluerũt sacrificare. Sed illud vicit per sapienti am. quia sapienter docuit soli deo eẽ sa crificandũ. ⁊ omnia que attulerát respu it. ⁊ inde ecclesias edificari p̄cepit. ¶ De inde dyabolus suasit illud quod videba tur pplexuz. s. aut Epigeniá regi in vxo rem dare. aut mortem subire. maluz ná qz erat sic aplus occideret. ⁊ tamen pe ius erat si virgo dei violaret. Sed istud vicit per discretóem pudam. quia ele git vt fieret minus malum. s. sui occisio. potius enim optabat seip̄z occidi quam maius malũ ɔmitteret. s. virginis viola tio. ¶ Secũdo p̄dicauit fideliter q ho norem domini sui sibi noluit vsurpare nec sacrificiũ quod volebát impendere recipere. ¶ Predicator náqz lz multos conuertat. hoc tamen nõ sibi. sed diuine virtuti debet ascribere. ¶ Non eniz dat virtutem gradiendi ille qui cuz lucerna p̄cedit. nec vitam comedẽti ille qui cibũ administrat nec campana virtutez oran di que ad ecclíam vocat. nec tuba virtu tem p̄liandi que ad p̄lium incitat ⁊ iui tat. Sic p̄dicator põt exterius iuuare vt aliquis per viam salutis incedat vt vita grẽ viuat. vt deuotõem acquirat. vt dya bolo fortiter resistat. sed nisi deus interi us operet nõ valet ad ista. ¶ Tertio pre dicauit constáter. q nec pmissis potuit emolliri. cum rex dimidiũ regni sui sibi dare pmitteret. nec minis deterreri. nec supplicijs superari sed missam deuote p ficiens mortem accepit. ¶ Secũdo fecit opus euangeliste quia euangelium scri psit. Sic ip̄e fuit apostolus euangelista ⁊ martyr ita q in nullo alio tres p̄rogati ue simul inueniunt. Petrus enim erat apostolus ⁊ martyr sed nõ euangelista. Joánes fuit apostolus ⁊ euangelista. sz nõ fuit martyr. Stephanus fuit martyr sed non fuit apostolus nec euangelista. Mattheus aũt fuit apostolus ⁊ quãtuz ad hoc factus est iudex mundi. Matth. xix. Cum sederit filius hominis ⁊c. Erit autem iudex nõ sniam ferendo sed iudi ci assistendo Prouer. vltimo. Nobilis in portis vir eius. quádo sederit cũ senato ribus terre. Uel iudicis sniaz subscribẽ do p̄s. Ut faciant i eis iudiciũ ɔscriptuz vel iudicis sniam ɔmendádo. Apocali. xix. Laus ⁊ gloria ⁊ virtꝰ deo nostro ⁊c. vel malos ex vite merito ɔdẽnádo. Pro uer. xiiij. Incedebant mali cõtra bonos ⁊c. ¶ Secũdo fuit euangelista. ⁊ quátuz ad hoc fuit notarius xp̄i. Matthei. xiij. Omnis scriba doctus in regno celorum ⁊c. Iste nanqz scriba in euágelio posuit noua idest noua xp̄i documẽta. posuit ⁊ vetera idest vete pphetar documenta ⁊ testimonia cui etiam põt conuenire il lud quod legit Leuit. xxvi. Comedetis vetustissima vete ⁊ vetera nobis super uenientibus p̄ijcietis. Ip̄e eniz comedit idest in suo euangelio incorporauit vetu stissima idest dei mádata in corde homi nis ab ip̄a sua prima creatõe conscripta. ⁊ noua idest xp̄i p̄cepta d̄ nouo pmulga ta. Abiecit autem vetera idest cerimóia lia ostendẽs omnia eẽ completa. ¶ Ter tio fuit martyr dei. ⁊ quantũ ad hoc fuit testis eius q martyr testis vocat. Iste át fidem testificatus est. ⁊ corde veracit eaz tenendo. ⁊ ore feruẽter p̄dicádo ⁊ opere eá opibus ɔprobádo. ⁊ sanguine p ipsa moriendo. ¶ Tertio fecit opus euange liste. q sm euangeliũ vixit. Et hoc respe ctu dei. ⁊ pximi. ⁊ sui. ¶ Respectu dei q secutus est ip̄m gressu corpis. affectu mẽ tis. ⁊ effectu opis. Ambro. Sequebatur Mattheus xp̄m letꝰ ⁊ alacer. Ecce gres sus corpis. ⁊ exultauit dicens. Jam non publicanũ gero. iam non porto leui. ecce mutatio affectus mẽtis. Exui leui post quam xp̄m indui. ecce mutatio operis. ¶ Uixit sm euangeliũ respectu pximi. quia paupes pascebat. ⁊ xp̄o ⁊ discipul ɔuiuiũ faciebat nõ tm̃ corporale. sed ma xime sp̄ũale. Fecit inquit leui ei conuiui um magnũ in domo sua. Uere magnuz q talis cibus sp̄ũalis delectat aiũz. Glo sa ibidẽ. Qui domicilio recipit interno maximis exuberantiũ delectatóibus vo luptatum pascit xp̄m. Greg. Apud pha riseum veritas pascebat foris. apud mu lierem penitentẽ pascit intus. Potat an gelum Bernar. Lachryme penitentum sunt vinũ angelo. Fecit deo magnũ fe

stum. ps. Reliquie cogitatõis diem festũ agent tibi. Et angelis magnũ gaudium facit. Luce. xv. Gaudiũ erit angelis in celo sup vno peccatore pniam agente. Uixit et sm euangeliũ respectu sui. qr et patiens fuit et cito vitam mutauit. Patiẽs enim fuit. qr iudei dicebãt ipm ee peccatorem qui erat iustificatus. dicebant euz esse publicanũ. q erat mũdatus et psentia xpi indignum qui iam dignus erat effectus. Sed ad ista in nullo fuit cõmotus. nec in aia nec in aliqua turbatõe. nec in signo ex aliqua vultus ostensione. nec in ore ex aliquo impatienti sermone nec ex facto ex aliquo iniurioso ope. Uitã suaz etiam cito mutauit. qr ad vnã xpi vocez obediuit. Quidã nanqz cõuertuntur ad vnã vocẽ dei. s. ad interiorẽ inspiratõez. Alij vero n nisi hẽant duas. s. inspiratõz et exteriorẽ exhortatõem. Alij nõ nisi cuz illis duabus habeãt tertiã. s. diuitiaruz cumulatõem. Alij vero nõ nisi cum illis tribus habeãt quartã. s. flagellatiõem. et tunc flagellati ad deũ currunt. ps. Multiplicate sunt infirmitates eoruz. postea accelerauerunt.

¶ Sermo. ccxlvi. ¶ De eodem smo. iij.

Relictis oibus surgens secutus est cuz Luce. v. ¶ In isto euãgelio ponitur duplex differentia infirmantiũ. quorum Quidã infirmitatem recognoscebant. Alij recognoscere nolebant. In horum medio medicus cõstitutus erat. Agit aũt in hoc euãgelio de tribus ¶ Primo de infirmo. i. Mattheo sanato qui suã infirmitatẽ recognoscebat. cũ dicit. Relictis oibus etc. Est aũt tã velociter ipm secutus. non ex animi leuitate sed ex dei virtute. Nam sex de causis est ipm secutus tã velociter quas Hiero. posuit in originali. ¶ Prima qr fuit vbi dei virtuosa opatiõe cõuersus. ¶ Secũda qr fuit dei inspiratõe afflatus. Istos duos modos tangit cũ dicit. Arguit Prophirius et Julianus augustus vel impitiam historici mentientis. vel stultitiã eoruz q statim secuti sunt saluatorẽ quasi irratõnabilr vocantẽ hoiem sunt secuti. ¶ Hz enim xps duos supradictos modos vocandi. s. p exteriorem. vbi exhortatiõem. ad Hebre. iiij. Uiuus est sermo dei et efficax etc. ps. Dedit voci sue vocez virtutis Iõ verbũ dei compat surculo arbori insito. Jaco. i. Suscipite insitũ verbũ etc. Sicut. n. surculus trahit totã arborem ad sui nãz sic vbum dei trahit totum cor ad sui grãm. ¶ Secũdo p internã inspiratõem. ps. Audiã qd loquat i me dñs etc. Apoca. iij. Ego sto ad ostium et pulso etc. ¶ Tertio miraculorum visione permotus Uñ subdit. Cũ tãte vtutes tãtaqz signa pcesserint. q aplos vidisse anteq crederent dubiũ nõ est. Miracula nanqz hominẽ sepe cõuertũt qñ rudes sunt. Sapiens vero doctrina cõuertit qñ dociles sunt. i. Cor. i. Judei signa petũt. greci sapiam querũt ¶ Quarto splẽdore faciei illustratus. Uñ subdit. Certe fulgor et ipsa maiestas diuinitatis occulta. que et i humana facie nitebat ex primo ad se vidẽtes trahere poterat aspectu. facies. n. xpi erat valde speciosa ad videndũ. i. Pet. i. i quez desiderant angeli pspicere. Gratiosa ad diligendũ. Hester. xv. Facies tua plena ẽ grãruz. Luminosa ad inuitandũ. ps. Illumina faciem tuã sup seruuz tuũ. Non fuit ergo mirum si visio faciei sue tã facilr attrahebat. que sic erat speciosa. sic gratiosa. sic luminosa. ¶ Quinto gloriosa maiestate abiectus. cũ dicit. et maiestas diuinitasqz occulta. Bernar. omnino ppter mansuetudinẽ que in te pdicat currimus post te domine iesu audiẽtes q n spernis paupem et peccatorem nõ horreas. nõ horruisti cõfitentẽ latronem nõ lachrymantẽ peccatricem. nõ supplicantẽ chananeam nõ dephensam in adulterio nõ sedentem in theloneo. nõ supplicantem publicanũ. nõ negantẽ discipulum nõ psecutorẽ discipulorum. nõ ipos crucifixores tuos. ¶ Sexto potenti virtute attractus. Si. n. in magnete lapide hec vtus ee dicat vt anulos et festucas sibi attrahit. quãtomagis dñs oium creaturarum sibi attrahere poterat. quos volebat. Ista enim tractio nõ erat p coactionem. sed p quãdã inductõem. sicut ostẽdit Beatus Augustinus exemplo rami viridis. et nucis. Ostendis inquit oui ramũ viridẽ. et attrahis eum. ostẽdis puero nuces et trahis eũ n violentiã inferẽdo.

sed appetitū alliciendo. Et ꝓpheta hoc
ostendit exemplo pelliparij. p̄s. Extēdēs
celum sicut pellem. Sicut.n. pellipari⁹
expandit pellem pulchram añ empto/
rem. vt.s. alliciat eū ad emēdū sic deus
celū stellis depictū ⁊ ornatū nobis expā
dit vt nos alliciat ad desiderādū. ¶ Se
cūdo agit de infirmis q suā infirmitatē
nō recognoscebant quos xp̄s in sua in/
firmitate reliquit cū dr̄. Et murmura/
bant scribe ⁊ pharisei ⁊c̄. Pharisei nam
qꝫ triplici infirmitate laborabāt. ¶ Pri
ma infirmitas erat murmuratōis. Est āt
quedā murmuratio bona sicut murmu
rare ꝯtra aperta mala. Unde quidā de
tali reprehēdūtur ysa. lvi. Canes muti
nō valētes latrare. ¶ Alia murmuratio
ē mala: sicut murmurare cōtra bonos
⁊ de bonis. Sap̄. i. Custodite vos a mur
muratōe ⁊c̄. talis erat murmuratio pha
riseoꝝ. ¶ Tertia est pars permixta quo/
dāmō quādo. s. quidā cōtra dei paciam
murmurāt ex eo ꝙ sic permittit bonos
opprimi ⁊ impios exaltari. Abachuc. i.
Quare respicis ꝯtemptores: ⁊ taces im/
pio cōculcāte iustiorem se. Murmurant
ēt admirādo dei liberalitatē ꝙ ipse tar
de veniētes sic liberalit̄ cum primis re/
munerat. Mat. xx. Accipiētes murmu/
rabāt aduersum prēmfamilias. ¶ Secū
da erat infirmitas presumptōis: q2 pre/
sumpserūt rep̄hendere meliores se. scilꝫ
xp̄m. discipulos. ⁊ mattheū. Rep̄hende/
rūt nāqꝫ infirmū de curatōe. medicū de
subuētōe. ⁊ discipulos medici de obse/
quij exhibitōe. ¶ Tertia vero infirmitas
elationis: q2 se iustos credebant ⁊ alios
despiciebāt. Tales credunt ꝙ nō sit lux
nisi in anima sua: nec trāquillitas nisi in
mēte sua. nec perfectio nisi in vita sua.
cum tamē deus paratus sit omnib⁹ dare
lucē grē serenitatē ꝯscie: tranquillitatēꝫ
pacis interne: perfectōem vite. Ista q̄tu
or tangit Boetius dicēs. Atqꝫ tuo splen
dore micas tu nāqꝫ serenuꝫ. Tu requi/
es tranquilla pijs te cernē finis. ¶ Ter
tio ponit medicus in medio cōstitutus:
qui dicit se venisse ad tria. ¶ Primo ad
medēdū ⁊ sanādū cū dicit: nō egent qui
sani sunt medico. sed qui male habent.
dicit aūt Augu. super Joannē. Aliud ē
esse sanū. aliud sanabile: ⁊ aliud eē insa
nabile. Qui.n. sanus ē nō eget medico.
qui vero egrotat in spe sanabilis ē. qui
aūt egrotat cū desperatōe insanabilis ē.
Sani igit nō egēt medico nisi ad sanita
tis cōseruatōem. Sanabiles ad curatio
neꝫ. Insanabiles nō nisi ad vite ꝓlōga/
tōem. Sani igit sunt viri sci. Et isti non
egent medico quātuꝫ ad curatōꝫ a mor
tali culpa. egent tamē ad ꝯseruationeꝫ
grē. Sanabiles autē sunt peccatores pe
nitētes. ⁊ isti egent medico quantuꝫ ad
culpe curatōem ⁊ cōseruatōem grē. In/
sanabiles sunt obstinati. isti nō egēt me
dico ad cōseruatōem grē quā non hn̄t:
nec ad curatōem culpe: q2 ipam non re/
quirūt. tamē quātuꝫ ad ꝓlongatōem vi
te. ⁊ expectatōem ad pniam. ysa. xxx. ex
pectat nos domin⁹ vt misereat nostri.
¶ Secūdo iste medicus fuit missus ad
miserendum. Ideo dicit. Misericordiā
volo ⁊ nō sacrificiū. Habꝫ auteꝫ iste me/
dicus misericordiaꝫ a natura. ⁊ a ꝯsue/
tudine longa. ⁊ ab experiētia. A natu/
ra quidē tam diuina ꝺm quaꝫ semper ē
sibi propriū misereri ⁊ parcere. A natu/
ra humana q2 ab instāti sue ꝯceptiōnis
fuit vnctus oleo misericordie ⁊ cōpas/
sionis. ysa. lxi. Spūs dñi super me eo ꝙ
vnxerit me. p̄s. Unxit te deus deus tuus
oleo letitie ⁊c̄. Job. xxxi. Ab īfantia cre/
uit mecū miseratio. ⁊ de vtero egressa ē
mecuꝫ. A consuetudine longa. Incepit
eniꝫ a principio mūdi per omnes gene/
ratōes misericordiā impēdere. ⁊ vsque
ad finem mūdi non cessabit exhibere. i.
Mach. ij. Cogitate per generatōeꝫ ⁊ ge
neratōem: q2 oēs qui sperāt in dño non
infirmant. Ab experiētia. Hebreo. iiij.
Nō habem⁹ pontificē qui nō possit com
pati infirmitatibus nr̄is. tentatū auteꝫ
ꝑ omnia ⁊c̄. Hebre. v. Didicit ex his que
passus ē obediētiā. ¶ Tertio missus ē ad
vocādū. vnde dicit. Nō veni vocare iu/
stos sed pctores ad pniam. Uocat enim
pctoreꝫ ab omni parte sui. s. a superiori
ostendendo celuꝫ tam pulchrum. ⁊ ab
inferiori ostēdendo infernuꝫ tam hor/
rendnꝫ. Prouer. xxv. Celuꝫ sursuꝫ ⁊ ter/
ra deorsuꝫ. ¶ Secūdo vocat ab exterio
ri per predicatōem. ⁊ ab interiori ꝑ in/

spiratōem. Prouer.i. Sapia foris predicat. Ecce exterior exhortatio. In capite turbaruz clamitat. ecce interior ispiratio. Caput eniz est mēs que habz tres turbas.s. cogitatōes. intētōes. ⁊ affectōnes. ¶ Tertio vocat ab anteriori reducendo beneficia preterita ad memoriam ⁊ a posteriori reducēdo ad memoriam dei iudicia futura. Apocal.iiij. Aialia plena oculis ante ⁊ retro. ¶ Quarto vocat modo a dextris dando ꝓsperitatem ⁊ modo a sinistris infligēdo aliquā aduersitatē. i. ad Cor.vi. Per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris.

¶ Sermo.ccxlvij. ¶ De sācto Mauritio ⁊ socijs eius sermo primus.

Iustorum anime i manu dei sunt. ⁊ nō tanget illos tormentum mortis ⁊c. Sap.iij. ¶ Ostēdit de istis scis quales fuerūt in vita. cū dr̄. Iustorum anime. quales fuerūt in morte. cum dr̄. Et nō tanget eos tormētum mortis. ⁊ quales post mortē. cū dr̄. Illi sunt in pace. ¶ In vita quidē fuerūt iusti. qꝛ fuerūt positi vt iusticiā facerent ⁊ rēpublicā cōseruarent. Ad rei aūt publice ꝯseruatōem quatuor exigunt. sicut dicit Cato ⁊ Augu. lib.v. de ciui. dei.s. quantū ad domesticos magna idustria. quantuz ad forenses iustitia. quātuz ad seipsos aīus liber in consulēdo. ⁊ q̄tuz ad seipm animus nulli obnoxius peccato. ¶ Est ergo primū quantū ad domesticos magna industria. qꝛ sicut dicit .i. Timo.v. Siquis suorū ⁊ maxime domesticoruz curā non hz. fidez negauit: ⁊ est infideli deterior. Thob.x. Apprehēdentes parentes filiā suam osculati sūt. monētes eā honorare soceros. diligere maritū. regere familiā. domū gubernare. ⁊ seipam irreprehensibilē exhibere. i. Timo.iij. Opz episcopū irreꝑhēnsibilez eē sue domui bene prepositū ⁊c. ¶ Scōm ē quo ad forenses iustitia. Job.xxix. Justicia indutus sum ⁊c. Jo.vij. Nolite iudicare ꝺm faciem: sed iustū iudicium iudicate. ¶ Tertiuz est anim⁹ in cōsulendo liber. vt nec timore. nec amore. nec odio. nec munere a veritate discedat. nec veritatem taceat: Isido. Iniqui iudices errant in veritate iustitie dum intendūt in q̄litatem persone. ¶ Quartū est vt aīus nulli vicio sit subiectus. Tulius. Age ne tua orō tibi contraria sit. qꝛ pondus est pudoris grauissimi ꝓpria voce confūdi. Grego. Durum ē vt qui nescit tenē moderamina vite sue. iudex fiat vite aliene. Ista quatuor in istis martyribus perfecte fuerūt. Habuerūt enim domi idustriam. Unde dr̄ in legēda habitatores regionis illius erant calidi ingenio. sapia locupletissimi. Habuerūt foris iustitiaz. qꝛ sicut dr̄ ibidez. que dei erant deo. ⁊ q̄ cesaris cesari reddebant. Habuerūt animū in reprehēdēdo liberū. Unde dixit Mauritius. Milites sumus imperatoris tui. serui autē cui libere ꝓfitemur dei. Habuerūt animū innocētia preditū: qꝛ nō se armauerūt armis carnalibus. Unde dixit Exuperius. Proijciāt dextere nr̄e arma carnalia ⁊ armenf virtutibus.

¶ Secūdo ostēdit quales fuerūt i morte. Fuerunt siquidē examinati. decimati vallati: ⁊ trucidati. ¶ Examiati autem fuerūt de tribus.s. vt idolis imolarent. vt fidem christi desererēt: ⁊ vt ꝯtra christianos cōiurarent. Sed ipi nec idolis voluerūt imolare. nec fidē christi desere re. nec xp̄ianos impugnare. sed poti⁹ defensare. Unde dixit Exuperius. Oia tormēta ꝓ xp̄o suscipere parati sum⁹. ⁊ ab eius fide nunq̄ discedemus. ¶ Secūdo fuerunt decimati: Reperimus.n. decias rerum que in veteri lege fuerunt institute. Decimas dieruz que a christo fuerūt inuente. quādo quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus ieiunauit. nunq̄ aūt reperimus decimas capitū nisi hic. Magnuz est soluere decimas reruz. maius soluere decimas dierū. maximū soluere decimas capitū. Multi eni darent res suas qui nō libēter darent dies suos ⁊ multi darent res ⁊ dies suos qui non libenter darent capita sua. Isti aūt exoluerūt decimas rerū. qꝛ que cesaris erāt dabāt cesari ⁊ decias diex. qꝛ que erant dei dabāt deo. ⁊ insuper soluerūt decias capitū. ¶ Tertio fuerūt vallati sic oues a lupis. Mat.x. Ecce ego mitto vos sic oues in medio luporū. Ipsi enim tanq̄ oues nō restiterunt. non fugerūt. nō ba

latum murmuratõis emiserũt. Vñ di-
xit Mauritius. Cõmilitones nr̃os susti
nui necari. q: vos ad passionez p xp̃o pa
ratos vidi ⁊ dñi mandatũ seruaui. q di
xit petro. Mitte gladiũ tuũ in locũ suũ
⁊c̃. ¶ Quarto fuerũt trucidati. in q̃ tru
cidatõe sic fuerunt firmi q: nec mũdus:
nec diabolus. nec caro eos: nec in vita.
nec in morte vincere poterant. Mũdus
eniz cõtra eos in vita pugnabat. manu
dextera psperitatis vt alliceret. ⁊ i mor
te sinistra aduersitatis vt frangeret. Sz
ipsi ⁊ in vita mũduz cõtempserũt blan-
diẽtẽ ⁊ in morte seuiẽtẽ: Silr̃ diabol⁹
etiã pugnauit cõtra eos manu sinistra
impellẽdo ad vicia: ⁊ dextera eos trahẽ
do ad tartara. Sed nõ potuit ipsos im-
pellere ad aliquod viciũ: nec post mor-
tẽ aliqđ inferre suppliciuz. Simili̾ ca-
ro pugnabat cõtra ipsos sinistra. qua i-
ducit ad ociositatez. ⁊ dextera qua indu
cit ad voluptatẽ. sz ipi corp⁹ suũ i labori
b⁹ exercitauerĩt ⁊ carnis dl̃itias abhor-
ruerĩt. ¶ Tertiõ oñdi̾ q̃les fuerĩt p⁹ mor
tẽ cũ dr̃. Illi aũt sunt i pace. Hñt. n. pacẽ
perpetuã. Ysa. xxxij. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis ⁊c̃. San-
cti eniz isti dant deo magnam gloriam.
Nam si vnus peccator qui confite̾ chri-
stum facit gloriaz christo: quãto magis
isti qui tot fuerũt gloriaz sibi dederũt.
Luce. xij. Ois quicũqz cõfessus fuerit me
corã hominib⁹ ⁊c̃. Fecerũt angelis ma-
gnã letitiã: q: si angeli letan̾ super vno
pc̃tore pniam agente: quãto magis sup
tanta multitudine triũphante. Luc̃. xv.
Gaudiũ erit angelis in celo sup ⁊c̃. Dãt
nobis magnaz fiduciaz: q: si ipossibile ẽ
nõ exaudiri preces multorũ. ipossibile ẽ
nõ exaudiri preces tãtorũ militũ scõruz
Exaudiun̾ multipli̾r. ¶ Prio q: conso
lan̾ tribulatos: sicut pz in vidua que fi
liũ suũ in monasterio dederat. ¶ Scđo
q: adiuuãt in periculo cõstitutos. Sicut
pz i illis q per lacuz reliqas deferebant.
¶ Tertio q: corripiũt indeuotos. Sicut
pz i illo clerico q cũ iura scti Mauritij
vsurpasset ⁊ blasphemiaz intulissz mala
periit morte.

¶ Sermo. ccxlviij. ¶ De eodem
Sermo secundus.

SAncti per fidem vicerunt regna. operati sũt
iusticiaz. adepti sunt pmissio
nes ⁊c̃. Hebre. xi. ¶ De istis bea
tis martyribus mauricio ⁊ socijs eius.
quinqz ostẽdũtur in verbis pmissis.
¶ Primo quales fuerũt in personis. cũ
dr̃ sci. Est aũt scm̃ idem qđ mũdũ: qđ fir
mũ: qđ sanguine tinctuz: qđ sacro vsui
deputatũ. Isti igi̾ fuerunt mũdi p ver-
bum dei qđ receperũt Jo. xv. Jam vos
mũdi estis pp̃ter sermonẽ quez ⁊c̃. Per
fidẽ quã habuerũt. Act̾. xv. Fide purifi
cans corda eorũ. per spũm scm̃ quem rece
perũt. Ezech. xxxvi. Effundaz sup vos
aquam mũdaz ⁊c̃. per sanguinẽ quem
effuderũt. Apoca. vij. Lauerũt stolas su
as in sanguine agni. ¶ Secũdo fuerũt
firmi. q: nec pmissionibus potuerunt
emolliri: nec cõminatõib⁹ deterreri. nec
supplicijs superari. Mat. vij. Descendit
pluuia: ecce promissio refrigerãs. ⁊ flaue
runt venti: ecce cõminatio cõcutiens. ⁊
venerũt flumina: ecce tormentũ irruens
⁊ nihil facere potuerunt: quia sup chri
stuz fundati fuerũt. ¶ Tertio fuerũt san
guine tincti. Habuerũt enim sanguine
christi tinctaz memoratiuã per recorda-
tõem. affectiuã per deuotõem. intellecti
uaz per meditatiõem: ⁊ operatiuaz per
imitatõem. ¶ Quarto fuerũt sacro vsui
deputati vt hostes vincerẽt. rempublicã
conseruarent. ⁊ fidez catholicã defende
rent. Unde dixit beatus Mauriti⁹. mi
lites sumus tui imperator. quo ad pmũ:
⁊ ad defensionẽ reipublice arma suscepi
mus. quo ad secũduz. Non ẽ in nobis p
ditio atqz formido. sed fidẽ catholicaz
nullatenus deseremus. quo ad tertium
¶ Secundo ostendi̾ quales fuerunt in
armis suis. cum dr̃. Per fidem. Fuerũt
eniz armati scuto fidei. Ad Ephes̾. vi.
In omnibus sumentes scutum fidei ⁊c̃.
Dici̾ autez fides scutuz: quia sicut i scu
to sunt tres anguli: ⁊ vnuz scutum. sic ⁊
in deo sunt tres persone. ⁊ vnus deus.
Vel quia ipsa fides est de christo in quo
sunt tres substãtie. s. caro. anima. ⁊ ipsa
deitas. ⁊ vna persona. Vel sicut scutum
vt plurimuz fertur in sinistra parte: sic
⁊ fides est tantuz in presenti vita que est

pars sinistra. In dextera aũt parte que
est vita eterna non erit fides nec spes.
Uel scutum suscipit primos ictus hosti
um. ⁊ cetera arma protegit ⁊ defendit
corpus. Sic fides etiá primas suggestio
nes demonuz sentit. primas q̃ones tyrá
noruz suscipit. ⁊ ceteras virtutes custo
dit. ⁊ animá defendit ac ꝓtegit. ¶ Ter
tio ostẽdit quales fuerũt in victorijs su
is cum dicit. Uicerũt regna. Uicerunt
náqz regnũ demonũ. hominũ. ⁊ celoruz
omniũ. ¶ Primũ vicerũt per resistẽtiaz.
Jaco. iiij. Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vo
bis. Nam ſm Berñ. in anima tres sunt
domus. ¶ Prima domus dicit esse me
moria in quaz diabolus vult intrare po
nẽdo ibi malaz suggestionẽ. Sed porta
rius debz diabolo resistere ne intret. q
vocat proprij status cõsideratio. ¶ Se
cũda domus est intelligẽtia. in quá dia
bolus vult intrare ponẽdo ibi prauá de
lectatõem. sed huic ẽt portarius debz re
sistere qui vocat eterne delectatõis cogi
tatio. ¶ Tertia domus aĩe est voluntas
in quam diabolus vult intrare imitten
do ibi prauuz cõsensum: sed huic porta
rius dz resistere qui vocat eterne pene
meditatio. ¶ Secũdo vicerũt regnũ ho
minuz per pacientiaz. Et iste modus vi
cendi est valde gloriosus. qꝛ iste fuit mo
dus xp̃i. Eccle. xxi. Magna est gloria se
qui dominũ qui est victoriosus. Seneca
enĩz ait. Innumerabiles sunt qui popu
los qui vrbes habuerũt in potestate pau
cissimi vero sunt qui i potestate habẽt se
ipsos. Est etiaz victoriosus qui ipsuz ce
lum vincit ⁊ rapit. Matth. xi. Regnum
celorũ vim patit ⁊ violẽti rapiũt illud.
¶ Tertio isti sancti vicerũt regna ꝑ pas
sionez suaz. Olim aũt erant quinqz in
uincibilia que tamẽ isti vicerũt. Angelũ
per lachrymas quas effuderẽt. Osee. xij.
Inualuit ad angeluz fleuit ⁊ rogauit eũ
Diaboluz per fidem quaz habuerunt. i.
Pet. v. Aduersarius vester diabolꝰ ⁊c̃.
Animá per magnanimitatẽ qua suo cor
di dominati fuerũt. Prouerb. xvi. Me
lior est patiẽs viro forti. ⁊ qui dñat ani
mo suo expugnatore vrbiuz. Mortẽ per
charitatez qua inflámati fuerũt. Cant.
viij. Fortis est vt mors dilectio. Regnũz
celoruz per sanguinis preciuz qd̾ dede
runt. ps. Preciosa. i. precio plena ẽ in cõ
spectu domini mors sanctorum eius.
¶ Quarto ostẽdit quales fuerát in ope
ribus suis cum dicit. Operati sunt iusti
ciaz. i. opera meritoria per que iuste re
gnuz celoruz sibi acquisiuerũt. Matth.
iij. Pniam agite appro. ⁊c̃. Quantuz. n.
hic quis appropinquat deo ꝑ opa pnie
tm̃ deus sibi appropinquat ꝑ collationẽ
grẽ ⁊ glĩe. Parũ appropinquabat q di
cebat Luce. xij. Jeiuno bis in sabbato.
Jdeo paꝝ sibi appropinquauit deus qꝛ
iustificatus nõ fuit nihil appropinq̃bat
qui dicebat Luce. xvi. Aia habes multa
bõa comede: bibe: epulare ⁊c̃. Jdeo deꝰ
nihil sibi appropinquauit qꝛ sue domui
salus facta nõ fuit. Ualde appropinqua
bant qui dicebant Matt. xix. Ecce nos
reliquimus oia ⁊c̃. Jõ deus valde appro
pinquauit eis: qꝛ iudices mundi eos fe
cit. ¶ Quinto ostendit quales fuerunt
in suis ꝑmijs cũ dr̃. Adepti sũt repromis
siones. Olim náqz fiebat ꝓmissio tribus
modis. Aliquãdo se mutuo osculando
Aliquãdo manuz ad manuz applicãdo
Aliquãdo rez aliquaz porrigẽdo. sic xp̃s
vitá btãz se nobis daturũ ꝓmisit. s. oscu
lãdo qd̾ fuit in incarnatõe vbi facta fuit
dulcis vnio nature diuine cũ natura hu
mana. Cant. viij. Quis mihi det te fra
trem meuz. i. vt tu qui es dñs meus effi
ciaris ⁊ frater meus. sugentez vbera ma
tris mee. i. vt tu qui es i sinu patris mei
efficiaris paruulus in sinu matris. vt i
ueniaz te foris. i. vt tu qui habitas semꝑ
in celis visibilis inueniaris in terris. ⁊
deosculer te. i. dulcez vnionẽ nature tue
cum mea natura humana percipiaz. ⁊
iam nemo me despiciet nec deus: sed me
sibi recõciliabit: nec angelus: sed in ma
gna reuerentia habebit nec diabolus.
sed me valde timebit. Promisit etiam
manibus manus suas cruci applicãdo.
Abachuch. iij. Cornua scilicet crucis in
manibus eius. Promisit insuper spiri
tum sanctuz nobis dando. i. Corinth. v.
Dedit nobis pignus spũs.

¶ Sermo. ccxlix. De sãctis cosma
⁊ Damiano Sermo primus.

